v. 78. δακρύω δ' ὑφ' εἱμάτων] Non ſolum ex more quo plorantes capita velabant, ſed magis etiam conſilio, ne prodendo dolorem, quem ex Agamemnonis caede capiebant, in Clytaemneſtrae et Aegiſthi odium incurrerent.

Ceterum v. 64—86. Hermannus in commentatione de metris Pindari ita conſtituendos cenſuit, ut antiſtrophici fierent:

στρ. γ'. Δι' αἷμ' ἐκποθὲν δ' ὑπὸ χθονὸς τροφοῦ
Τίτας φόνος πέπηγ' οὐ διαρυδᾶν.
Διαλγὴς δ' ἄτα διαφέρει
Διασπαράσσει
Παναρκέτας νόσου τὸν αἴτιον.
Οἴγοντι δ' οὔτι νυμφικῶν ἑδωλίων
Ἄκος· πόροι τε πάντες ἐκ μιᾶς ὁδοῦ
Βαίνοντες τὸν χειρομυσῆ φόνον
Καθαίροντες λούσειαν μάτην.

ἀντιστρ. γ'. Ἐμοὶ δ' ἀνάγκαν γὰρ ἀμφίπτολιν
Θεοὶ προσήνεγκαν· ἐκ γὰρ οἴκων
Πατρῴων δούλιον ἐσάγον
Αἶσαν, δίκαια
Καὶ μὴ δίκαια πρέποντ' ἀρχαῖς βίου
Βίᾳ φερομένων αἰνέσαι, πικρὸν φρενῶν
Στύγος κρατούσῃ· δακρύω δ' ὑφ' εἱμάτων
Ματαίοις δεσποτᾶν τύχαισι
Κρυφαίοις πένθεσι παχνουμένη.

v. 84. *τύμβῳ χέουσα τάσδε κηδείους χοάς*] Comparat Abreſchius Sophoclem Electr. v. 419.

πατρὶ τυμβεῦσαι χοάς.

v. 85. εὔφρονα ſunt, quae patris animo grata eſſe poſſint.

v. 88. *τῶν δ' οὐ πάρεστι θάρσος*] cf. v. 45.

v. 90. *ὡς νόμος βροτοῖς ἐστ'*] pertinet ad *jus* talionis inter homines receptum; non, ut Stanlejus putabat, ad *morem* inter effundendam libationem manes defuncti alloquendi.

v. 91. ἀντιδοῦναι abſolute poſitum declaratur per ſequentia δόσιν τε (ſcil. δοῦναι) τῶν κακῶν ἐπαξίαν.

v. 92. στέφη, *coronae*, quibus ſepulcrum ornabatur; quarum diſerte mentionem facit Chryſothemis apud Sophoclem Electr. v. 899 ſqq.

ἐπεὶ γὰρ ἦλθον πατρὸς ἀρχαῖον τάφον,
ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεοῤῥύτους
πηγὰς γάλακτος, καὶ περιστεφῆ κύκλῳ
πάντων ὅσ' ἐστὶν ἀνθέων θήκην πατρός.

Poteſt tamen etiam, quod Abreſchio placebat, στέφη omnino de *inferiis* intelligi. Sic Sophocl. Electr. v. 52. πατρὸς τύμβον λοιβαῖσι καὶ καρατόμοις χλιδαῖς στέφειν, et Antig. v. 437. χοαῖς τὸν νέκυν στέφει.

v. 93. ὥςπερ οὖν ἀπώλετο] „Interpres *quandoquidem*; debebat *quemadmodum*. Infra v. 885. Δόλοις ὀλούμεθ' ὥςπερ οὖν ἐκτείναμεν. Agam. v. 1180. Τὸ μὴ πόλιν μὲν ὥςπερ οὖν ἔχει παθεῖν. Add. v. 1436. vacante fere in talibus particula οὖν. —" *Abreſch.* Recte hactenus, niſi quod particulam οὖν abundare, falſo ſibi perſuaſit Abreſchius. Vertendum enim eſt οὖν *ſcilicet*, et nexum cauſalem inter duo comparata ſignificat.

v. 94. τάδ' ἐκχέουσα] δεικτικῶς pronuntiatum; plenius antea, v. 84. τάςδε κηδείους χοάς.

γάποτον χύσιν] ut γαπότους χοάς, v. 161.

v. 95. 96. στείχω — ὄμμασιν] „*an eam, veluti quis effundens purgamenta, retro abjiciens vas irretortis oculis.* Malim πάλιν participio ἀκοῦσα jungi, quam ut Scholiaſtes τῷ στείχω. Idem enim hic Aeſchylus, quod Virgilius ecloga IX.

Fer cineres, Amarylli, foras, rivoque fluenti
Transque caput jace, ne reſpexeris,

quae ex Theocrito ſumſit in Hercule:

Ἡρι δὲ συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις
Ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα
Ῥωγάδας εἰς πέτρας ὑπὲρ οὔριον· ἀψ δὲ νέεσθαι
Ἄστρεπτος· — —" *Stanl.*

Verum

Verum hic ipſe locus docere poterat Stanlejum, πάλιν cum στείχω connectendum eſſe. Nam quod apud Theocritum eſt ἀὖ νέεσθαι ἄστρεπτος, id apud noſtrum dicitur στείχω πάλιν — ἀστρόφοισιν ὄμμασιν.

v. 102. λέγοις ἂν — ὑπέρτερον] „Quanquam chorum miniſtrarum alloquitur hera junior, tamen abstinere voluit τῷ βάρει τοῦ προστάττειν; vid. Schol. Sophocl. ad Electr. v. 641. et multis Potter ad Lycophr. v. 9. ὑπέρτερον valet πλέον, κρεῖττον *melius*, *potius*. Soph. Antig. v. 16. οὐδὲν οἶδ' ὑπέρτερον, et v. 642. τάχ' εἰσόμεθ' — μαντέων ὑπέρτερον. Add. Eurip. Electr. v. 584. Suidas: ὑπέρτερον, κρεῖττον. —" *Abreſch.*

v. 106. φθέγγου — σεμνὰ] *Bene precare benevolentibus.* Nempe amicis fauſta, inimicis autem, h. e. Agamemnonis occiſoribus, v. 114. mala precari Electram jubent.

τίνας δὲ τούτοις τῶν φίλων προσεννέπω] Recte Scholiaſtes:

τίνας τοὺς εὖ φρονοῦντας αὐτῷ ὀνομάσω;

Quasnam vero amicorum me, precibus Agamemnonem invocando, ut benevolos nominare jubes?

τούτους pro τοτούτους poſitum refertur ad εὔφροσιν.

v. 110. αὐτὴ σὺ — φράσαι] Schol. interpretatur ſic: *Tu ipſa de hac re delibera;* non enim meum eſt dicere. Verecundiae nimirum Chori hoc tribuit, quaſi diſerte ſe ipſas in amicis Agamemnonis numerandas eſſe profiteri nolint. Abreſchii conjectura λανθάνουσ', *clam, tecum tacite*, pro μανθάνουσ', prorſus aliena eſt. Idem φράσαι intp. *conſideres, perpendas, ſtatuas.* Melius tamen fuerit reponere: Αὐτὴ σὺ ταῦτα μανθάνουσ' εἴσῃ φράσαι; ut Eurip. Hel. 332. εἴσῃ πάντα τἀληθῆ φράσαι.

v. 111. *στάσει*] Hesych. Στάσις, θέσις, χορὸς, συνέδρα. cf. v. 455. et Eumen. 306.

v. 113. *κἀφρένωσας*] Hesych. Φρενοῦν· Φρονεῖν διδάσκειν, νουθετεῖν. cf. Agam. v. 1192. Eurip. Ion. v. 526. Bacch. 791. Sophocl. Antig. v. 765.

v. 114. *τοῖς αἰτίοις νῦν*] Parum ad sensum interest, utrum post νῦν, an, quod Heathio placebat, post φόνου distinguas. an prorsus nullo distinctionis signo utaris. Nempe αἴτιοι sunt *caedis auctores*, etiamsi τοῦ φόνου ad participium μεμνημένη trahatur; id quod sane commodius est.

v. 115. ἐξηγουμένη] Suidas: „Ἐξηγήσασθαι, ἅμα λέγειν τε περὶ ὧν ἀγνοοῦσιν οἱ ἀκούοντες, καὶ διδάσκειν αὐτοὺς περὶ ὧν πυνθάνονται. Add. Eumen. v. 606. —" *Abresch.*

v. 119. Θεῶν πάρα] Quam hic Abreschius antiptosin quaerit, pro παρὰ θεοῖς, ea prorsus nulla est; nam inter εὐσεβῆ et θεῶν πάρα intelligendum est ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum ἐξαιτεῖν vel simile quidquam.

v. 121. Ἑρμῆ χθόνιε] Quod verbum ante Ἑρμῆ exciderit, conjectando vix definiri potest. Nec satis constat, annon ante hunc versiculum unus vel plures librariorum culpa perierint. Si nihil praeter caput hujus versiculi desit, vox desideratur trisyllaba, ut ἄκουσον, vel aliud ejusmodi.

v. 126. *χέρνιβας*] „Χέρνιψ proprie est τὸ ἐπιχευόμενον χερσὶν ὕδωρ. Inde in re funebri, aqua lustralis, cujus vas plenum pro foribus statuebant, ut ea, qui ad exequias venerant, se adspergerent. Eurip. Alcest. v. 98.

πυλῶν πάροιθεν δ' οὐχ ὁρῶ
πηγαῖον, ὡς νομίζεταί
γε, χέρνιβ', ἐπὶ φθιτῶν πύλαις.

Hic vero aquam illam denotat, cujus in parentalibus sacrificiis usus erat, alias χθόνια λουτρά." *Stanl.*

v. 129.

v. 129. πεπραμένοι] Quamquam vulg. πεπραγμένοι hoc ſignificare poteſt, *deleti*, vel ut Schol. exponit, νενικημένοι, κατηγωνισμένοι, multo tamen aptius et elegantius eſt πεπραμένοι, *venditi*. Huc enim reſpicit ἀντηλλάξατο Αἴγισθον, injuſta enim mater liberos quaſi vendiderat, ut ſibi poſſet adulterum redimere; quae quidem imago v. 912 ſqq. recurrit, ubi Oreſtes, cum dixiſſet: Δίχως ἐπράξην, ὧν ἐλευθέρου πατρός· reſpondet Clytaemneſtra: ποῦ δῆτ' ὁ τιμὸς ὅντιν' ἀντεδεξάμην; Oreſtes autem ſe pudore prohiberi ait, quo minus id diſerte eloquatur; quum interim dubium non ſit, quin Aegiſthum ſignificet. Et hoc quidem loco, quum ſe ipſam Electra ἀντίδουλον, Oreſtem autem ἐκ χρημάτων φεύγοντα dicit, id optime reſpondet τῷ πεπραμένοι.

v. 134. χλίουσιν μέγα] Hoc fuſius deſcribit Euripides Electr. v. 314 ſqq.

v. 137. αὐτῇ τε μοι] „Tmeſis eſt pro ἐμαυτῇ. In Agam. v. 1332. ξρῆνον ἐμὸν τὸν αὐτοῦ, ſed cujus paullo alia ratio. Infra v. 273. αὐτόν με. Geminum eſt Herodot. Lib. I. c. 109. αὐτῷ μοι συγγενής ἐστι ὁ παῖς. Et ſic αὐτοῦ σοῦ pro σεαυτοῦ in Sept. adv. Theb. v. 638. —" *Abreſch.*

v. 140. σοῦ, πάτερ, τιμάορον] „*Tui*, *pater*, *ultorem*. Qui σὲ legunt (ut Scholiaſtes) verſus nullam rationem habent; qui ὦ addunt, ut Canterus, cautius faciunt, ſed ſine ulla neceſſitate. Imo potius optat adventum paterni vindicis Oreſtis, quam patris. Euripides apud Stobaeum Serm. 75. prolem maſculam praeferendam eſſe dicit,

Γυνὴ μὲν ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων
Οὐ τῶν τεκόντων ἐστίν, ἀλλὰ τοῦ λέχους.
Τὸ δ' ἄρσεν ἔστηκ' ἐν δόμοις ἀεὶ γένος
Θεῶν πατρῴων καὶ τάφων τιμάορον. —" *Stanl.*

Ceterum cum h. l. conferendus Sophocl. Electr. v. 446 ſqq.

v. 141. ἀντικατακανεῖν] Hanc lectionem, quae conſtructionis quoque facilitate commendatur, ſimilis locus Sept. adv. Theb. v. 963. confirmat, jam a Stanlejo excitatus.

δίκην Abreſchius interpr. ὁμοίως, quod ferri poteſt, ſi ἀντικατθανεῖν legatur; ſed lectioni ἀντικατακανεῖν aptius eſt δίκην interpretari δικαίως.

v. 142. καλῆς ἀρᾶς] In principio nimirum ſibi et ſratri reliquisque patris amicis *bona* precata erat Electra; tum degreſſa ab his, poenas hoſtibus imprecabatur; atque jam finem faciens ad illa bona vota redit. Nihil igitur certius eſt, quam legendum eſſe, ut edidimus, ταῦτ' ἐν μέσῳ τίθημι τῆς καλῆς ἀρᾶς.

v. 144. ἄνω] Stanlejus intp. *nobis qui ſupra terram ſumus*, ut ἄνω ad ἡμῖν referatur. Rectius cum πόμπος ἴσθι τῶν ἐσθλῶν ἄνω conjungitur. *Tu autem, quaeſumus, bona nobis ſurſum mitte.*

v. 148. παιᾶνα τοῦ θανόντος] „*Paeana* conjungit cum lamentis, κωκυτοῖς, ut Sophocles cum gemitibus, apud quem in principio Oedip. Tyranni, cum Thebarum urbem peſtis ſaeviſſima vaſtaret, et populus preces jam Apollini ad mitigandum morbum effunderet, Oedipus ad populum egreſſus, quaerit, quid ſibi velint illa θυμιάματα, παιᾶνες et στενάγματα.

Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει,
Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων.

Porro mortuorum hymnos Paeanas etiam dici, ex Athenaeo diſcimus lib. XV. —" *Stanl.*

„Nempe de quovis hymno, παιὰν, etiam, qui Diis inferis accinebatur, ut notat Schol. ex Eurip. Alceſt. v. 424.

ἐκφορᾶν γὰρ οὐδὲ θήσομαι νεκροῦ
Πάρεστε, καὶ μένοντες ἀτυχήσατε
Παιᾶνα τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ.

Id.

Id. Troad. v. 126. αὐλῶν παιᾶνι στυγνῷ, μὴ ἔρημητικῷ ὕμνῳ, Heſychio interprete; et v. 578. τί παιᾶν' ἐμὸν στενάζεις. —" *Abreſch.*

v. 149. ὀάκρυ κανακχὲς ὀλόμενον interpretor *lacrymas inter ſingultus et lugubres querelas effuſas.*

v. 151. πρὸς ἕρυμα τόδε] Neſcio quid interpretibus in mentem venerit, ut ἕρυμα *tumulum* ſignificare putarent. Ἕρυμα eſt *praeſidium*, *firmamentum*, adeoque chorus dicit: *ad confirmanda nobis bona, et averruncanda mala.*

ἀπεύχετον paſſive ſumtum, notat ſe hisce lacrymis earumque piaculo libentius caruiſſe; quibus ſcilicet opus non fuiſſet Agamemnone vivo. Fortaſſe tamen ἀπευχετῶν legendum, quod cum κακῶν apte copuletur.

v. 154. ἐξ ἀμαυρᾶς Φρενὸς, *audi preces, quas ex corde tot malis obnubilato fundimus.* Notum eſt enim, triſtitiam ſaepe cum tenebris comparari; ut nos dicimus *die umwölkte Stirn.*

v. 156 — 160. His verſiculis nihil aliud enuntiatur, quam hoc: *Eheu quis heros domum noſtram liberabit;* cetera ad colorem poëticum pertinent; et verbis τά τ' ἐν χεροῖν παλίντον' ἔνεργα βέλη ἱππάλλων Ἄρης deſignatur jaculator eminus feriens, reliquis autem, σχέδια — —, vir fortis cominus gladio pugnans. Vulg. ἐν ἔργῳ eſſet *in pugna.* Aptior tamen nobis nunc viſa eſt lectio Turneb. ἔνεργα.

v. 162. μέγιστε] „Ceterae editiones μεγίστη. Unde aſteriſcos ad finem verſus apponunt, quaſi aliquid deeſſet. Ingenioſiſſime vero Jacob legit μέγιστε, et nihil plane deeſt. Suſpendit enim orationem Electrae πάθος inopinato cincinnum in tumulo videntis." *Stanl.*

v. 165. Sequitur locus nobiliſſimus, quo Electra, cincinno in patris tumulo viſo, ſenſim eo deducitur, ut animo inter ſpem et metum attento eum ab Oreſte vel miſſum vel collocatum ſuſpicetur. Et Ariſtoteles quidem

in

in arte poëtica, ubi varia ἀναγνωρισεων genera recenſet, hunc agnitionis modum, quo Aeſchylus uſus eſt, in quarto genere ponit, quod fiat ex ratiocinatione. Τετάρτη δὲ ἐκ συλλογισμοῦ, οἷον ἐν Χοηφόροις, ὅτι ὅμοιός τις ἐλήλυθεν, ὅμοιος δὲ οὐδεὶς, ἀλλ' ἢ Ὀρέστης. Sed non omnino recte accepit philoſophus Electrae Aeſchyleae argumentationem. Non enim ſic colligit: Venit aliquis mihi ſimilis; ſimilis autem eſt nemo praeter Oreſtem. Sed potius haec eſt ſeries argumentorum. 1) Video cincinno in tumulo patris poſitum. 2) Eum nemo praeter me donare potuit, 3) et profecto crines meis ſimiles ſunt colore. 4) Neque tamen, ejus rei ſum mihi ipſa teſtis, hunc cincinnum de capite meo abſcidi. 5) Quid? ſi Oreſtis donum ſit ille cincinnus? 6) Sane color crinium haud repugnat; bene enim memini fratris mei crines meis ad colorem ſimiles eſſe. 7) Et fortaſſe nuntium aliquem miſit, qui cincinnum hunc patris tumulo conſecraret; nam ipſum quidem huc veniſſe vix audeo ſperare. Et ſic expoſita hujus agnitionis parte, quae ex cincinno in tumulo patris conſpecto ducitur, nihil eſt quod quemquam offendere poſſit. Nec erat profecto, quod eam Euripides exagitaret, (ſi modo id ei conſilium fuit, quod vulgo ei tribuitur a viris doctis) in Electra ſua hisce verſiculis Aeſchylum tangens, v. 527.

Ἔπειτα χαίτης πῶς συνοίσεται πλόκος;
Ὁ μὲν παλαίστρας ἀνδρὸς εὐγενοῦς τραφεὶς,
Ὁ δὲ κτενισμοῖς ἥλυς. Ἀλλ' ἀμήχανον.
Πολλοῖς δ' ἂν εὕροις βοστρύχους ὁμοπτέρους
Καὶ μὴ γεγῶσιν αἵματος ταυτοῦ, γέρον.

Ceterum ad h. l. reſpexit quoque Ariſtophanes in Nubibus, minime tamen, ut putabat Stanlejus, Aeſchyli irridendi cauſa; ſed imaginem potius hujus rei callide in rem ſuam transferebat.

Νῦν οὖν Ἠλέκτραν κατ' ἐκείνην ἦδ' ἡ κωμῳδία
Ζητοῦσ' ἦλθεν, ἣν ποὺ πιτύχῃ θεατὴς οὕτω σοφοῖς,
Γνώσεται γὰρ, ἥνπερ εἶδε, τἀδελφοῦ τὸν βόστρυχον.

v. 167.

v. 167. εὐξύμβολον] „i. e. εὐεπίγνωστον, ξυμβάλλειν εὐχερές. Contrarium δυξύμβολος, pro quo δυξύμβλητος. Eurip. Dan. v. 10." *Abreſch.*

v. 168. πῶς — μάθω;] Comparat Stanl. Suppl. v. 373. σὺ δὲ παρ' ὀψιγόνου μάθε γέρων ὤν. — „παλαιὰ, *grandaeva*, ut Sept. adv. Theb. v. 333." *Abreſch.*

v. 169. οὐκ ἔστιν. *Nemo eſt praeter me, qui ſibi hunc cincinnum potuerit detondere;* hic autem ſupplendum eſt, quod facile intelligebatur, *neque tamen meus eſt cincinnus.*

v. 170. Parum recte de elegantia dialogi, et vi particulae γὰρ in reſpondendo, judicabat Abreſchius, quum hunc verſiculum Electrae tribuendum eſſe cenſebat.

v. 171. ὁμόπτερος] Heſych. ὁμόπτεροι, ὅμοιοι, ὁμότριχοι. πτερὸς autem in ὁμόπτερος non eſt premendum, quaſi pro κόμην poſitum ſit, quod Erfurdtio placuiſſe videtur ad Sophocl. Trachin. p. 257.

v. 171. καὶ μὴν non eſt *etiam*, ut Stanl. vertit, quod ſenſum prorſus obſcurat; ſed *enimvero: und gleichwol hat dieſe Locke eine ſehr ähnliche Farbe.*

v. 174. Callide inſtituit poëta, ut cogitatio de Oreſte a Choro Electrae ſuggeri videatur, quam illa jam tacita conceperat. Ceterum imitatus eſt Aeſchylum in hoc agnitionis modo Sophocles, Electr. v. 900 ſqq., qui locus omnino comparandus eſt.

v. 177. ἔπεμψε χαίτην κουρίμην χάριν πατρί.] „Χαίτη κουρίμη, *capilli detonſi.* Accipit enim vocem κούριμος paſſive, quam uſurpant fere alii active, ut Euripides in Oreſte, v. 963.:

Ἰαχείτω δέ γᾶ Κυκλωπεία
Σίδαρον ἐπὶ κρᾶτα τιθεῖσα
Κούριμον.

i. q.

i. q. κουρευτικὸν ſ. κουρᾶς ποιητικὸν, ut Schol. interpretatur; et rurſus in Electra v. 148.:

χέρα τε κρᾶτ' ἀποκούριμον
τιθεμένα.

At alii paſſive cum noſtro accepere; ut Agatho in Tergeſte apud Athenaeum l. 12.

Κόμας ἐκειράμεσθα μάρτυρας τρυφῆς,
Ἥ που ποθεινὸν χρῆμα παιζούσῃ φρενί.
Ἐπώνυμον γοῦν εὐθὺς ἔσχομεν κλέος
Κούρητες εἶναι κουρίμου χάριν τριχός.

Θρὶξ itaque κούριμος eſt coma tonſilis vel detonſa, ut ſupra (ad v. 7.) ex Euſtathio πλόκαμος κούριμος. Et rurſus apud eundem p. 1293. Κουροτρόφους δὲ φαμεν τοὺς τὴν νεότητα τρέφοντας· εἰ δὲ καὶ κούριμος θρὶξ παρὰ τῇ τραγῳδίᾳ, καί τις εἰπεῖν τολμήσει τὴν λέξιν καὶ ἀπὸ ταύτης, ἔστωσαν καὶ οὕτω κουροτρόφοι κατὰ θρασύτητα λέξεως. Imo ipſe Euripides ſic loquitur in Electra:

Σκέψαι δὲ χαίτην προσενθεῖσα σῇ κόμῃ
Εἰ χρώματ' αὐτῆς κουρίμης ἔσται τριχός."

Hactenus *Stanlejus*.

v. 178. οὐχ ἧσσον εὐδάκρυτα] „i. e. ἄγαν δάκρυτα, ſ. πολυδάκρυτα, augente haud raro vocula εὖ in compoſitis. Aelian. de Anim. l. 1. c. 54. μισεῖν ἄξιον τὸ ζῶον τῆς εὐκληρίας τῆς εἰς τὸ κακόν. Sic εὔσημος in Agam. v. 827." *Abreſch.*

μήποτε ψαύσει πότ'.] Sic ap. Sophocl. El. v. 163 ſqq. Electra queritur Oreſtem ſe rediturum promiſiſſe quidem, nunquam tamen redire.

v. 180. καὶμοὶ προσέστη καρδίας κλυδώνιον χολῆς] Recte, ut opinor, Abreſchius καρδίᾳ legendum eſſe judicavit. *Bilis* autem *effuſio* h. l. de gravi animi perturbatione, qua inter ſpem et metum fluctuat, accipienda. ἐπαισθὴν δ' ὡς διανταίῳ βέλει, *percuſſa ſum*, inopinato hoc viſo, tan-

tanquam penetrabili telo. Scholiastae lectio ἐπώσθην *impulsa sum*, minus ad rem, quae designatur, appolita.

v. 182. ἐξ ὀμμάτων δὲ διψίων] *ex oculis autem* diu prae doloris magnitudine *siccis repente prorumpunt lacrymarum guttae, rivi per hiemem exundantis instar.* Sic Agam. 816 sq. Clytaemnestra oculos suos describit prae nimio fletu adeo siccos, ut ne gutta quidem lacrymarum insit. Non merum gaudium hic describitur, ut Stanlejus putabat, sed sensus ex laetitia et angore mistus, qui maxime solet lacrymas provocare. Jam Spanhemius ad Callim. hymn. in Del. v. 263. comparavit Euripideum illud Alcest. v. 182. ὀφθαλμῷ τέγγῳ δεύετο πλημμυρίσι.

ἄφρακτοι] Haec lectio multo aptior ad sensum, quam vulg. ἄφρακτοι, quod Heathius interpretabatur *inopinatae, improvisae.* ἄφρακτοι dicuntur lacrymae, quae cohiberi non possunt.

v. 187. αὐδαμῶς ἐπώνυμον] *animum nequaquam* materno *nomine dignum.* Sic El. ap. Sophocl. v. 1191.

μήτηρ καλεῖται, μητρὶ δ' οὐδὲν ἔξιστοῖ.

v. 190. ἀγλαΐσμα] Imitatus est h. l. Sophocles, Chrysothemin sic loquentem inducens Electr. v. 902 sq.

Καὶ νῦν θ' ὁμοίως καὶ τότ' ἐξεπίσταμαι
Μή του τόδ' ἀγλάϊσμα πλὴν κείνου μολεῖν.

v. 191. σαίνομαι δ' ὑπ' ἐλπίδος] Pulcherrime affectum Electrae hac oratione expressit Aeschylus. Cupiditate enim Orestis videndi adeo flagrabat, ut levissima, quae offendebatur, spe abriperetur; nec tamen prohibere esset, quo minus incertitudo signi, e quo fratrem advenisse suspicabatur, identidem animum turbaret.

v. 192. εἴθ' εἶχε φωνὴν εὔφρον'] Assentior Stanlejo, εὔφρον' praeferenti. Nempe non *laetam* h. l. vocem, sed eam aptam et intelligibilem hic desiderabat: *Ach dass diese Locke gleich einem Boten in verständlicher Sprache zu mir reden könnte!*

v. 194. ὅπως δίφρουτις] *ne anceps* inter ſpem et metum *fluctuarem.*

v. 194. ἀλλ' ἦ σάφ' ἦν] In vulg. lectione, ἀλλ' εὖ σαφηνῆ, quoquo te vertas, debilis eſt et manca verborum ſtructura. Contra ex emendatione noſtra ſenſus ita procedit: *ſed ut aperte mihi liceret, hunc cincinnum averſari, ſiquidem ab inimico capite fuerit reſciſſus; aut ſi cognatus mihi eſſet, mecum lugere poſſet, tanquam paterni ſepulcri ornamentum ac decus.* Notum autem eſt, veteres abominandi cauſa deſpuere ſolitos eſſe. Sic apud Sophocl. Antig. v. 668. ἀλλὰ πτύσας ὡσεί τε δυσμενῆ. Itaque h. l. verum eſt ἀποπτύσαι, nec erat quod Heathius Robortelli lectionem ἀποπτύξαι revocandam putaret, quam ille ſic explicabat, quaſi diceretur εἶδ' ἀποπτύξαι, εἰ ὅδε πλόκος ἦν τετμημένος.

v. 196. ἦ ξυγγενὴς ὤν] eleganter dictum pro ξυγγενοῦς ὤν.

v. 202—207. καὶ μήν, στίβοι γε, δεύτερον τεκμήριον] Haec agnitionis ratio nullo pacto defendi aut excuſari poteſt, et ſi quidem ab Aeſchylo profecta ſit, nihil aliud ſupereſt, quam ut eum hic aliquando dormitaſſe indignemur. Primum enim nemini poteſt perſuaderi, Electram Oreſtis videndi cupiditate adeo in transverſum abreptam eſſe, ut ex aequalitate et ſimilitudine veſtigiorum colligeret, fratrem fuiſſe, qui ea impreſſerit. Deinde ipſa verborum collocatio laborat. Quorſum enim quaeſo pertinet illud καὶ γάρ? quod facit ut exſpectemus cauſam, cur haec pedum ſimilitudo δεύτερον τεκμήριον ſit. Quis hodie ferret ita loquentem: *Und nun, ein zweytes Zeichen, auch die Fuſsſtapfen ſind ähnlich und den meinigen anpaſſend; denn es ſind zweyerley Abdrücke von Füſsen, der eine von ihm, der andre von einem Begleiter. —?* Quare parum mihi tempero a ſuſpicione, v. 203. 204. 206. a ſciolo quodam confecto. Aeſchyloque obtruſos eſſe.

Et

Et legat mihi aliquis omissis hisce versiculis versus 202. 205. 207. continuos, et videat, an non omnia jam aptius inter se cohaereant.

Καὶ μὴν στίβοι γε, δεύτερον τεκμήριον
Αὐτοῦ τ' ἐκείνου καὶ ξυνεμπόρου τινος
Εἰς ταυτὸ συμβαίνουσι τοῖς ἐμοῖς στίβους.

Vestigia nimirum duorum virorum eodem, quo sua ipsius vestigia h. e. ad Agamemnonis sepulcrum tendere videt, indeque suspicatur, fratrem una cum comite venisse.

Vulgatum si quis pertinacius tenere velit, videat, quomodo ineptam illam ἀναγνωρίσιν defendat. Equidem ingenue fateor me hoc invento minime delectari, et facile patior Aeschylum ab Euripide hisce versibus, ut vulgo putant, perstrictum, Electr. v. 532 sqq.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

Σὺ δ' εἰς ἴχνος βᾶσ', ἀρβύλης σκέψαι βάσιν
Εἰ σύμμετρος σῷ ποδὶ γενήσεται, τέκνον.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Πῶς δ' ἂν γένοιτ' ἄν, ἐν κρακταιλέῳ πέδῳ
Γαίας ποδῶν ἔκμακτρον; εἰ δ' ἔστιν τόδε
Δυεῖν ἀδελφοῖν ποῦς ἂν οὐ γένοιτ' ἴσος,
Ἀνδρός τε καὶ γυναικός, ἀλλ' ἄρσην κρατεῖ.

v. 208. πάρεστι — καταφθορά] Haec ita intelligo, ut non universe ad ancipitem et incertam animi fluctuationem, quam supra jam significaverat Electra, referam, sed arbitrer ad Orestem repente oculis visum pertinere. Nimirum eo conspecto videbatur conjectura ex cincinno facta mirum in modum confirmari; ideoque quodam laetitiae terrore percellebatur, quo parum aberat quin animi deliquium pateretur. Hoc est illud πάρεστι δ' ὠδὶς καὶ φρενῶν καταφθορά. Gallicus tragoediarum Aeschyli interpres vertit: *Ma douleur et mon trouble augmente;* et Choephorarum interpres *du Theil: Hélas! tout accroit mon trouble et ma douleur.* Verum πάρεστι non significat *augmen-*

mentum doloris, ſed novae alicujus perturbationis impetum et acceſſum.

v. 209. τελεσφόρους] Male Pauwius τελεσφόροις praefert. τελεσφόροι εὐχαὶ ſunt *vota diis nuncupata, ſi preces ratas habuerint perſolvenda.* Non enim, ut Spanh. ad Callim. in Pall. v. 139. fecit, reddendum puto: *perfectrices preces*, quod h. l. tautologiam pareret ſane frigidam.

v. 211. ἐπεὶ] Non erat quod Abreſchius in particulae hujus ſignificatione quaerenda trepidaret. Satis notus eſt ellipticus ejus uſus in interrogationibus, quem luculenter expoſuit Hoogeveenus in doctrina de particulis Gr. Nimirum Electra verba Oreſtis εὔχου τἀ λοιπὰ reſpiciens quaerit: *Quandoquidem ais mihi jam de reliquis, quae optem, deos adeundos eſſe, dicas mihi velim quid jam a deorum numine affecuta ſim.* Latini pro ἐπεὶ in ejusmodi interrogationibus ponunt: *nam;* ut Plautus frequenter. Breviter itaque ſic reddendus eſt verſiculus: *Nam quid jam eorum, quae precata ſum, a diis impetravi?* Κυρεῖν autem cum accuſativo aeque ac cum genitivo componi, recte adverſus Pauwium h. l. monuit Heathius.

v. 213. καλουμένη] Minime amplectenda eſt Abreſchii conjectura, quam ipſe parum neceſſariam intellexit,

καὶ τίνι σύνοισθά μοι κηλουμένη βροτῶν.

v. 214. Ξύνοιδ' Ὀρέστην πόλλα σοι 'κπαγλουμένην] Olim auctore Pauwio edidi σ' ἐκπαγλουμένη. Fuit qui huic rationi Bentleji auctoritatem opponeret, qui negaverit diphthongum in μοι et σοι ſic elidi. At ille tantum hoc fieri poſſe negavit ante brevem ſyllabam; ut ſi quis σ' ἐρῶ pro σοι ἐρῶ ſcribere velit. Nunc tamen aphaeresin potius in ἐκπαγλουμένη admiſi. Nam vulgata ratio σ' ἐκπαγλουμένην ideo non placet, quod aptius in Oreſtis reſponſo conſtructio ab Electra inchoata ſervatur.

ἐκπαγλουμένη] „*efflictim cupienti.* Ab Homerico illo ſumtum:

τὼς δέ σ' ἀπεχθήρω, ὡς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησα.

Nota

Nota vero non tantum paſſive ſed et active ſumi ἐκπαγλούμενος, quomodo et apud Eurip. Oreſt. 888 πατέρα σὸν ἐκπαγλούμενος et in Troad. 929. τοὐμὸν εἶδος ἐκπαγλουμένη." *Stanl.* Locus Homericus nihil ad rem. In Euripideis vero ἐκπαγλεῖσθαι eſt cum *admiratione praedicare.* H. l. autem ſenſus poſcit *magna* cum *animi commotione deſiderare.*

v. 215. καὶ πρὸς τί] non *quomodo*, ut Abreſchius exponit, ſed *quatenus*, vertendum eſt: *Und in wie fern.*

v. 217. ἀλλ' ἢ] interrogative capiendum putat Heathius: *Numquid dolum mihi nectis?* Ad ſententiam vero aptius et fortius eſt, ἀλλ' ἦ reddere: *At profecto.*

v. 218. αὐτὸς κατ' αὐτοῦ] Abreſchius mavult καθ' αὐτοῦ.

v. 220. κἀν τοῖς ἐμοῖς ἄρ'] Haec Turneb. editionis lectio utique vulgata κἀν τοῖς ἐμοῖσιν concinnior eſt.

v. 221. προὐννέπω] Cum hoc ſignificet *praedico*, non *alloquor*, Arnaldi emendationem

ὡς οὔτ' Ὀρέστην τάδε σ' ἐγὼ προσεννέπω

cum Heathio et Abreſchio praeferendam eſſe cenſeo.

v. 222. αὐτόν με νῦν ὁρῶσα] Recte Oreſtes miratur, Electram, quae antea levi indicio commota ſperaverat Oreſtem veniſſe, nunc, quum ipſum oculis ſuis videat, dubitare. Neque tamen negandum eſt, Aeſchylum h. l. veram ſenſuum humanorum naturam expreſſiſſe. Fit enim ſaepenumero, ut animus, magni alicujus boni deſiderio flagrans, id ipſum multo propius aut facilius eſſe fingat, quam revera ſit aut fieri poſſit; idem tamen repente id, quod vix fieri poſſe arbitrabatur, aſſecutus, dubitare incipiat, ac vix oculis fidem habeat. Sic apud Euripidem Iphig. in Tauris v. 795.

Ὦ φιλτάτη μοι σύγγον', ἐκπεπληγμένος
Ὄμως ἀπιστῶ, περιβαλὼν βραχίονι, — —.

v. 226. σαυτῆς δ' ἀδελφοῦ συμμέτρου τῷ σῷ κάρᾳ] Pro συμμέτρου, Pauwio auctore, reponendum arbitror σύμμετρον, ut verborum conſtructio haec ſit: σκέψαι δὲ σαυτῆς ἀδελφοῦ κάρα σύμμετρον τῷ σῷ, τομῇ προσθεῖσα βόστρυχον τριχός. *Adſpice quaeſo fratris tui caput, tuo ad formam ſimile, ſimulque capilli cincinnum loco capitis tui, unde abſciſſus eſt appone.* σύμμετρον de ſimili crinium colore poni non poteſt; de ſimili faciei totiusque capitis conformatione, qualis inter fratrem et ſororem intercedere poterat, aptius ponitur. Itaque Oreſtes primum vult a ſorore ob hanc ſimilitudinem recognoſci, deinde, ut ſibi perſuaderet, cincinnum ab ipſo in patris tumulo poſitum, eum apponere jubet loco caeſariei, unde abſciſſus erat. Τομὴ de loco, unde aliquid abſciſſum eſt, plane ut apud Homer. Iliad. Α. 235.

v. 228. ἰδού] Abreſchius praefert ἰδοῦ, ſed nihil correctione opus. Quidni enim h. l. ἰδοὺ δὲ *ecce vero* appoſitum ſit, etſi ſtatim v. 244. dicitur ἰδοῦ, ubi eſt *reſpice*. Saepe hallucinatur Abreſchius, loca quae ad ſenſum diſſimilia ſunt, tanquam parallela comparando.

ὕφασμα τοῦτο] Vulgo creditur, Euripidem etiam hoc ſignum, Oreſtis a ſorore agnoſcendi cauſa, ab Aeſchylo uſurpatum irridere voluiſſe, dum hoc modo ſenem cum Electra colloquentem inducit, v. 537 ſqq.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

Οὐκ ἔστιν, εἰ παρῆν κασίγνητος μολὼν
Κερκίδος ὅτῳ γνοίης ἂν ἐξύφασμα σῆς;
Ἐν ᾧ ποτ' αὐτὸν ἐξέκλεψα μὴ θανεῖν;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οὐκ οἶσθ' Ὀρέστης ἡνίκ' ἐκπίπτει χθονὸς
Νέαν μ' ἔτ' οὖσαν; εἰ δὲ κἄχρεκον πέπλους
Πῶς ἂν, τότ' ὢν παῖς, νῦν ἔχοι ταῦτ', ἂν φάρῃ;
Εἰ μὴ ξυναύξοιντ' οἱ πέπλοι τῷ σώματι.

Sed

Sed omnino fateor me nondum quemquam vidiſſe, qui Euripidem totam illam confabulationis partem inter ſenem et Electram v. 508—546. eo conſilio, ut Aeſchylum irrideret, confinxiſſe, probabiliter docuerit. Merum hoc eſt Stanleji commentum, quod non animadverteret, Aeſchylum et Euripidem fabulas ejusdem quidem argumenti tractandas ſumſiſſe, ſed ita ut uterque ſuo ingenio obſequeretur. Euripides fingit Oreſtem a paedagogo, puerum adhuc tenellum veſte involutum Aegiſthi inſidiis ſurreptum ſuiſſe. Aeſchylus autem probabiliorem rationem ſequitur, et magis cum temporum notatione congruentem. Oreſtes enim, antequam Agamemnon ad bellum Trojanum proficiſceretur, natus, tum quum Clytaemneſtra Aegiſtho morigerari inciperet, decimum aetatis annum agere debuit, et vix ante imminentem pubertatem ab iniqua matre ad Strophium miſſus eſt. Certe tum, quum Agamemnon rediret, Aeſchylus Oreſtem jam in pleno juventutis flore ac robore verſantem finxit, quod plane intelligitur e Chori dictis Agam. 1657. et 1678. Jam chlamydem fratri peregre abeunti a ſe textam et acu pictam donaſſe Electram, eamque ab Oreſte, qui diligenter ſororis domum amoris fraterni cauſa ſervaſſet, etiamnum geſtari, nihil habet, quod a veritatis ſpecie recedat.

v. 230. ἔνδον γενοῦ] ſcil. φρενῶν. „*Contine* (reprime) *te*. Oreſtes videns Electram attente ſuum opus conſiderantem recognoſcentemque prope gaudio inſanire, veritus ne clamore intempeſtivo ſe proderet, illam cohibet, ſicut Ulyſſes Eurycleam.“ *Stanlej*. Cf. Sophocl. Electr. v. 1249 ſq.

v. 233. ὀακρυτὸς — σωτήριος] Sic aptior ſenſus eſt: *o ſaepe jam defleta ſpes, generis paterni ſoſpitatrix!* quam ex vulgata lectione σωτηρίου, quam Stanl. vertit: *lacrymabilis ſpes feminis ſalutaris.*

v. 235. ὦ τερπνὸν ὄνομα τέσσαρας μοίρας νέμον ἐμοί·] *O ſuaviſſimum nomen quatuor vices mihi praeſtans*, patris, matris, ſororis, fratris.

v. 236. προσαυδᾶν eſt *nomine aliquo compellare*. Sic Sophocl. Electr. v. 268. Ex quo intelligitur legendum eſſe πάτερα σε, non πατερός τε ut vulgo.

v. 238. στέργηθρον] *pietas matri debita in te jam vergit*. Totus hic locus ſuaviſſimi affectus plenus in memoriam revocat ſimilem Andromachae orationem Homer. Iliad. VI. 429 ſq.

v. 239. ὁμοσπόρου] *Praeterea haeres quaſi es amoris mei erga ſororem Iphigeniam heu crudeliter mactatam.*

v. 240. ἐμοὶ σέλας φέρων] *lumen mihi afferens*, novae ſcilicet et adhuc inauditatae felicitatis; *ſi modo tibi Robur et Vis et Jupiter aſſiſtant*. Ultima verba ſatis declarant, σέλας non σέβας legendum eſſe; nam *reverendus* erat frater ſorori, etiamſi rem adverſus patris interfectores male geſſiſſet.

v. 244 ſqq. ἰδοῦ δὲ] Nobilis allegoria pulcherrime continuata. *Reſpice quaeſo prolem orbam aquilae patris, in ſpiris nodisque atrocis viperae* (Clytaemneſtrae) *miſere necati. Hos autem* (aquilae pullos) *patre orbatos jejuna fames* (omnium rerum inopia) *premit; non enim valent* (matris et Aegiſthi vi prohibiti) *praedam paternam nidis inferre*, h. e. bonorum paternorum hereditatis jure ad ſe pertinentium usu fructu prohibentur.

v. 251. ἄμφω φυγὴν ἔχοντε] Nempe Oreſtes, quamvis honeſta ſpecie, (cf. Agam. v. 889.) vere tamen erat ex aedibus expulſus; Electra vero, quamquam, ſecundum Aeſchylum haud ejecta, exſuli tamen ſimilis erat, vel ut ipſa ait v. 131. ἀντίδουλος.

v. 255 ſqq. In οὔτε — οὔτε h. l. disjunctivam enuntiationum formam exquiſite praetulit comparandi particulis.

lis. *Et quemadmodum, ſi aquilae genus exſtirpares, ſimul amitteres opportunitatem iis miſſis fida auguria hominibus ſignificandi, ſic regia haec ſtirpe prorſus arefacta periret tibi feſtis diebus ſacrificiorum honor.* σήματα εὐπειθῆ βροτοῖς Stanlejus ad fulmina refert ab aquila Jovis portata. Sed multo aptius eſt de auguriis ex aquilarum viſu captis intelligere. Inter *alites* enim ſive *praepetes* aquilam primarium in diſciplina auguralii locum obtinuiſſe quis neſcit?

v. 261. ὦ παῖδες] Eodem modo flere jubet Chorus Electram apud Sophoclem El. v. 215.

v. 263. γλώσσης χάριν] „i. e. τῇ γλώσσῃ χαριζόμενον et hinc διὰ γλωσσαλγίαν μὴ δυνάμενον ἐχεμυθεῖν; hoc quippe proprie notat χάριν, quod bene obſervavit quoque Ammonius in v. Ἕνεκα. Noſtro prior Heſiodus Ἔργ. v. 709. γλώσσης χάριν ψεύδεσθαι." *Abreſch.*

v. 266. οὗτοι προδώσει —] *Non ſane me deſtituet praepotens Apollinis oraculum, quo me juſſit hoc periculum ſubire, multumque me excitavit, graviſſimosque cruciatus viſceribus meis minatus eſt, niſi perſequerer paternae caedis auctores; jubens me eodem modo viciſſim eos interficere, bonorum etiam meorum jactura exaſperatum et ad ultionem incitatum.* ὑφ' ἧπαρ θερμὸν parte pro toto poſita ſignificat omnino *in viſceribus.* Eadem ſententia ſic enuntiatur Eumenid. v. 463.

ἄλγη προφωνῶν ἀντίκεντρα καρδίᾳ.

v. 270. τοῦ πατρὸς τοὺς αἰτίους] „Abſolute αἴτιος pro φόνου αἴτιος. Sic v. 66. αἴτιος pro *maleſico*, ſ. *facinoris auctore.*" *Abreſch.*

v. 271. τρόπον τὸν αὐτὸν] h. e. doloſe ut pater erat interemtus. Sophocl. Electr. v. 35.

Χρῆ μοι τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος, ὦ πεύσῃ τάχα·
Ἄσκευον αὐτὸν ἀσπίδων τε καὶ στρατοῦ
Δόλοισι κλέψαι χειρὸς ἐνδίκους σφαγάς.

v. 272. ἀχρημάτοισι ζημίαις ταυρούμενον] Nimis obscure reddidit Stanlejus: *Praesentaneis mulctis tauri instar efferatum.* ἀχρήματος ζημία nihil aliud est quam *paternorum bonorum ereptio*, quam Orestes a matre et Aegistho passus erat; ea igitur se dicit praeter minas ultioni patris neglectae propositas, ab Apolline ad poenas de matre ejusque moecho sumendas irritatum. Idem fere aliis verbis exprimitur, v. 298.

Καὶ προσπιέζει χρημάτων ἀχηνία.

v. 275. τὰ ἐκ γῆς δυςφρόνων μειλίγματα prorsus inepte vertitur a Stanlejo: *e terra hostium solatia* Imo τὰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς δυςφρόνων μειλίγματα βροτοῖς πιφαύσκων εἶπε, hoc significat: *Ac primum quidem* intermissa caedis Agamemnoniae ultione, *ad placanda irata numina poenas ex terra*, h. e. terra sterilitate imposita, *civibus denuntiavit.* Notum est neglectam regiae caedis expiationem haec mala publica ex veterum opinione consecuta esse, agrorum sterilitatem, pecorum luem, mulierum abortus, morbos pestilentes. Cf. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. v. 125 sqq. et Sophocl. Oedip. Tyr. v. 25 sqq. Et sic Aeschylus Eumenid. v. 797.

Ὑπεῖς δὲ τῇ γῇ τῇδε μὴ βαρὺν κότον
Σπήρησθε, μὴ θυμοῦσθε, μηδ' ἀκαρπίαν
Τεύξητ', — — —

δυςφρόνων scil. θεῶν sine dubio ad Erinnyas pertinet, quae paulo post v. 280. diserte nominantur; et hae dicuntur δύςφρονες, eodem modo, quo Eumenid. 381. vocantur κακῶν τε μνήμονες καὶ δυσπαρήγοροι βροτοῖς.

v. 276 sqq. Ipsi Oresti minatur Apollo, eum lepra afflictum iri, nisi patrem ulciscatur. Quodnam genus morbi hic designetur, etiamsi in poeta tragico, a quo medicorum subtilitatem haud exspectes, inutile forsan videatur disquirere, tamen comparato Celsi loco de Medic. Lib. V. c. 28. dubitandum non censeo, quin sit species

cies vitiliginis, quae λευκὴ dicebatur. „Vitiligo quoque „quamvis per se nullum periculum adfert, tamen et foe„da est, et ex malo corporis habitu fit. Ejus tres species „sunt. Ἄλφος vocatur, ubi color albus est, fere sub„asper, et non continuus, ut quaedam quasi guttae di„sperſae esse videantur. Interdum etiam latius, et cum „quibusdam intermissionibus serpit. Μέλας colore ab hoc „differt, quia niger est, et umbrae similis. Cetera „eadem sunt. Λευκὴ habet quiddam simile alpho, sed „magis albida est, et altius descendit; *in eaque albi pili „sunt, et lanugini similes.* Omnia haec *serpunt*, sed in „aliis celerius, in aliis tardius. — Leuce, quem loccu„pavit, haud facile dimittit." — Ceterum Scholiastes verba λευκὰς δὲ κόρσας τῇδ' ἐπαντέλλειν νόσῳ, de morbi pertinacia accepit, qui Orestem usque ad canitiem sit vexaturus. Verum hic sensus minus aptus est verbis, ab Aeschylo diligenter lectis, ad significandum peculiare hujus morbi σύμπτωμα.

v. 278. ἀρχαίαν φύσιν] „i. e. τὴν πρὸ τοῦ νοσεῖν κατάστασιν Hesychio interprete. Frequens est Hippocrati Vid. Foes. Oecon. — Aristid. T. I. p. 637. τῆς ἀρχαίας φύσεως ὅτι ἐγγυτάτω γενόμενος. Versum seq. laudat Etymolog. voc. Κόρση. Κόρσαι, inquit, αἱ τρίχες· Αἰσχύλος λευκὰς κόρσας, παρὰ τὸ κείρεσθαι, καὶ γὰρ τὸ κείρω κόρσω λέγεται. Scribe κέρσαι." *Abresch.*

v. 280 sqq. ἄλλας τ' ἐφώνει] *Alios autem Furiarum impetus e paterno sanguine*, si scilicet eum ulcisci negligerem, *confecturos denuntiavit* mihi Apollo, *clare videnti eum per noctis tenebras supercilia moventem*, et hoc nimirum gestu minarum severitatem perspicue significantem. Unius literae mutatione, ὁρῶντα in ὁρῶντι converso, huic loco sensus veritatem et concinnitatem restituimus. Nunc enim intelligitur Apollinem noctu Oresti apparuisse. Vulgatam lectionem ὁρῶντα, quae non habebat unde penderet, ad Agamemnonem referebant, quod ab h. l. alienissimum est.

v. 283

v. 283 ſqq. τὸ γὰρ σκοτεινὸν —] *Tenebricoſum enim* (h. e. ex occulto vim ſuam exſerens) *inferorum* (deorum Manium, ut h. l. Agamemnonis) *telum, qui ſceleratorum conſanguineorum manu perierunt, et rabies et vanus per noctem metus agitat, perturbat, ex urbe* patria *pulſum perſequitur aereo flagro hominem miſere affectum.* Haec illuſtrantur nobiliſſimo Ciceronis dicto, Orat. pro Roſc. Amer. c. 24. *Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis ſaepenumero videtis, eos qui aliquid impie ſceleratèque commiſerint, agitari et perterreri furiarum taedis ardentibus. Sua quemque fraus, et ſuus terror maxime vexat; ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit, ſuae malae cogitationes conſcientiaeque animi terrent.*

v. 284. ἐν γένει πεπτωκότων] „qui conſanguineorum ſceleratorum manu ceciderunt. οἱ ἐν γένει ſunt οἱ ἐγγενεῖς ſive συγγενεῖς. Sophocles Oedip. Tyr. v. 1016.

Ὁ δ' οὔνεκ' ἦν σοι Πόλυβος οὐδὲν ἐν γένει.

Euripides Alceſt. v. 907.

Ἐμοί τις ἦν ἐν γένει, ὦ κόρος ἀξιόζηλος
Ὤιχετ' ἐν ὀλέθροισι μονόπαις. —" *Stanl.*

v. 287. πλάστιγγι] „Heſychius: Πλάστιγξ, μάστιξ. Etymol. Πλάστιγξ, ἡ μάστιξ, ἀπὸ τοῦ πλήσσειν, παρ' Αἰσχύλῳ. Haec itaque interpretatio ad Aeſchylum praecipue ſpectat, et ad hunc quidem locum." *Stanl.*

v. 288 ſqq. καὶ τοῖς τοιούτοις] „Breviter hic τῶν προστροπαίων poenas deſcribit Aeſchylus, quos omnes veluti ſceleſtos et contaminatos averſabantur, interdictionem ſc. ab aris, a menſa, a domo; quae partim quidem enumerat quoque Euripides Oreſt. v. 885.

μηθ' ἡμᾶς στέγαις,
Μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα
Μητροκτονοῦντας —

Plenius

Plenius vero Sophocles Oedip. Tyr. v. 238. itidem de Oreste:

Μήτ' εἰςδέχεσθαι, μήτε προςφωνεῖν τινα,
Μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι μήτε θύμασι
Κοινὸν ποιεῖσθαι, μήτε χέρνιβας νέμειν,
Ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων πάντας —

Obiter vero notandum, interdictionem hanc ab aedibus propriam fuisse Argivis *); nam aliorum in aedes receptum fuisse Orestem ante expurgationem constat ex Eumenid. v. 448. sq.

πάλαι πρὸς ἄλλοις ταῦτ' ἀφιερώμεθα
οἴκοισι, καὶ βότοισι καὶ ῥυτοῖς πόροις.

Clare autem id innuit Euripides Iphigenia in Tauris v. 947.

Ἐλθόντα δ' ἐκεῖσε (Athenas) πρῶτα μὲν οὐδεὶς ξένων
Ἑκὼν ἐδέξαθ', ὡς θεοῖς στυγούμενον·
Οἳ δ' ἔσχον αἰδῶ ξένια μονοτράπεζά μοι
Παρέσχον οἴκων, ὄντες ἐν ταυτῷ στέγει.

Pausanias in Corinthiacis negat a Troezeniis receptum: πρὶν γὰρ ἐπὶ τῷ αἵματι καθαρθῆναι (Orestem) τῆς μητρὸς Τροιζηνίων οὐδεὶς πρότερον ἠθέλεν αὐτὸν οἴκῳ δέξασθαι· καθίσαντες δέ ἐνταῦθα ἐκαθαίρον καὶ εἰστίων, ἐς ὃ ἀφήγνισαν. Silentii τοῖς προςτροπαίοις indicti meminit noster Eumenid. v. 445.

Ἄφθογγον εἶναι τὸν παλαμναῖον νόμος,
Ἔστ' ἂν πρὸς ἀνδρὸς αἵματος καθαρσίου
Σφαγαὶ καθαιμάξωσιν νεοθήλου βοτοῦ.

Cum ergo compellare quemquam haud liceret, necesse fuit vel ex ipso silentio, habitu etc. supplicantis desiderium conjicere, quem aqua viva abluentes mactati lactentis porcelli sanguine expiarunt." *Stanl.*

v. 288

*) Haec Stanleji observatio falsa est, nec ex loco Aeschyleo praesidium nanciscitur.

v. 288—290. οὔτε κρατῆρος μέρος pertinet ad exclusionem a conviviis, οὐ φιλοσπόνδου λιβός ad communionem libationis prohibitam, βωμῶν ἀπείργειν ad remotionem a sacrificiis.

οὔτε κρατῆρος μέρος εἶναι μετασχεῖν] „Minime mutanda est recepta distinguendi ratio. Constructio est: καὶ τοῖς τοιούτοις οὔτε μέρος εἶναι μετασχεῖν κρατῆρος, οὐ μέρος εἶναι μετασχεῖν φιλοσπόνδου λιβός. Pro οὔτε autem legi malim οὐδὲ, cum nulla alia sequatur particula copulandi." Hactenus Heathius, cui in ceteris assentior, de οὔτε autem in οὐδὲ mutando ampliandum censeo; nam particula altera copulativa, quam Heathius desiderabat, est τε in βωμῶν τ' ἀπείργειν.

290. 291. Βωμῶν τ' ἀπείργειν οὐχ ὁρωμένην πατρὸς Μῆνιν· δέχεσθαι δ' οὔτε συλλούειν τινα] Pro vulg. συλλύειν, quod sensu carebat; συλλούειν legendum esse jam Heathius intellexerat, apte quoque advocato Sophoclis loco, supra ad v. 288. a Stanlejo laudato, ubi μήτε χέρνιβας νέμειν, eandem rem designat, quam h. l. μήτε συλλούειν τινά. Reliqua Hermannus expedivit, qui in Comm. de metris Pindari (Tom. III. ed. Heyn. p. 201.) docuit, h. l. δέχεσθαι δ' οὔτε συλλούειν τινα, omisso priore οὔτε sic dictum esse, ut ap. Pindar. Pyth. X. 46. ναυσὶ δ' οὔτε πέζος ὢν.

v. 293. κακῶς ταριχευθέντα] Hoc fortasse aliquis ad sepulturae ignominiam traxerit; sed multo tamen aptius et Aeschyleo stilo dignius est, sic reddere: *postquam corpus pernicioso fato, et aerumnosa vita misere affectum et pessime maceratum, macie ac tabe consumtum fuerit*; in quo simul ad illos λιχῆνας respexisse poetam credibile est.

v. 295. κ' εἰ μὴ 'πεποίθη] Atticam hanc formam plusquamperf. auctore Hermanno ad Viger. de idiotism. p. 791. praeferendam duximus, vulgato πέποιθα. *Ac si noluisset hisce oraculis fidem adhibere, tamen exsequendum esset*, ob alias, quae sequuntur, rationes, hoc quod Apollo mihi praecepit, *facinus*.

v. 298.

v. 298. προσπιέζει] „Fortaſſe dederat Aeſchylus καὶ πρὸς πιέζει, i. e. et praeterea *me urget*, πρὸς τούτοις. Ariſtid. Tom. III. p. 470. τὸ γοῦν ἐξοστρακισθῆναι, καὶ πρὸς γὰρ (ſ. leg. καὶ πρός γ' ἄρ') εἰ βούλει φυγῇ ζημιωθῆναι κέρδος παρ' ἐκείνην τὴν συμφοράν. Ut paſſim apud alios." *Abreſch.* Idem tamen praeſtat verbum cum praepoſitione compoſitum.

ἀχηνία] „Heſychius: Ἀχηνία, ἄπορα, ubi fortaſſe leg. ἀποριά. Ut Suidas, apud quem φίλων ἀχηνία, et t apud noſtrum hic χρημάτων ἀχηνία, lic Agam. v. 429. ὀμμάτων ἀχηνίαις." *Stanl.*

v. 299. πολίτας] Argivos.

v. 301. δυοῖν γυναικοῖν] acerbe, graviter, et breviter dictum: *ne Argivi duarum mulierum* Aegiſthi et Clytaemneſtrae *imperio ſubſint.*

v. 302. θήλεια γὰρ φρὴν] Haec ad ſolum Aegiſthum pertinent, ellipſi h. l. ad ſenſum et affectum aptiſſima. *Muliebris enim eſt* et ignavus etiam Aegiſthi *animus;* certe, *an haud ita ſit, mox ipſe experietur,* ſi cum eo congreſſus fuero. Minime autem hic Abreſchio obſequendum, qui εἴσεαι, *cognoſces*, reponendum cenſebat, quaſi haec oratio ad Chorum directa eſſet.

v. 304. τελευτᾷν] Infinitivus hic imperativi loco poſitus ellipſi verbi δότε, ut εὔχομαι. Vid. Hermanni not. ad Viger. de idiotiſm. p. 234.

v. 305. ᾗ τὸ δίκαιον μεταβαίνει] *via et ratione juſtitiae* ſ. *juris.*

v. 306. ἀντὶ μὲν] *Juſtitia* nimirum *magna voce*, *debitum*, h. e. jus talionis, *exigens clamat: Maledicentiae maledicentia, caedes caedi reponatur.*

ἐχθρᾶς γλώσσης] Haec, ut arbitror, Clytaemneſtram tanguut, quae criminibus in maritum conjectis ejus caedem excuſare cupiebat. Sic Agam. v. 1425 ſqq. Iphigeniae

niae ſacrificium et v. 1449. Caſſandrae connubium mortuo Agamemnoni exprobrabat.

v. 310. *δρᾶσαντι παθεῖν*] „Ipſe alibi ap. Stob. Ecl. phyſ. 7.

Δρᾶσαντι γάρ τοι καὶ πάθεῖν ὀφείλτα ῥ.

Idem dixit et in Agamemnone v. 1575.

Μίμνει γὰρ μίμνοντος ἐν θρόνῳ Διὸς
Παθεῖν τὸν ἔρξαντά — —". *Stanl.*

v. 314. *τί σοι φάμενος ἢ τί ῥέξας τύχοιμ' ἂν ἔκαθεν οὐρίσας*] Hermannus ad Viger. de idiotiſm. p. 724. metro conſulturus emendavit:

τύχοιμ' ἄγκαθεν οὐρίσας.

v. 316. *σκότῳ φάος ἰσόμοιρον*] Si lectio vera ſit, optimum fuerit haec verba ſic interpretari, ut inſit ἐπεξήγησις vocabuli εὐναί· *O pater, o infelix pater, quid tibi dicam, aut quid faciam peregre huc adveniens, ubi te ſepulcrum tenet, lux tenebris aequiparanda*, h. e. in quo aut nulla tibi eſt vita, aut certe vita non vitalis, et morti aequiparanda. Quemadmodum Achilles apud Homerum Odyſſ. XI. v. 474. Ulyſſem alloquens dicit:

Πῶς ἔτλης ἀϊδόςδε κατελθέμεν, ἔνθα τε νεκροὶ
Ἀφραδέες ναίουσι βροτῶν εἴδωλα καμόντων;

At nuper Erfurdtius ad Sophocl. Electr. v. 86. acute obſervavit, metrum haud admittere vocabulum *ἰσόμοιρον*. Itaque reponendum cenſet *ἀντίμοιρον*, cujus lectionis veſtigia in *ἰσοτίμοιρον*, quod legitur in Ald. et Rob., latere putat. Quod ſi placeat, melius eſt cum Scholiaſte verba haec ab antecedentibus ſejungere; ut ſit i. q. *tenebris lux oppoſita*, h. e. mortuorum ſedes procul diſſita eſt a terra, ſede viventium.

v. 317. *χάριτες δ' ὁμοίως*] *Tamen*, quamquam inane videri poteſt hoc, quo fungimur lacrymarum et lugubrium querelarum munus, *tamen luctus ille in honorem Atri-*

Atridae, priſtini aedium domini, celebratus beneficium quaſi erga mortuum, et gratum adverſus eum pietatis documentum appellatur. Προσθοδόμοι Ἀτρείδαι pluraliter pro ſingulari dictum. Κέκληται pro ἐστί. Cf. Musgravius ad Sophocl. Electr. v. 225.

v. 320 ſqq. De univerſo quod ſequitur cantico praeclare meritus eſt Hermannus, quod primus vidit, illos verſiculos, qui vulgo putabantur monoſtrophici, ad unum omnes praeter tria ſyſtemata anapaeſtica, antiſtrophicos eſſe. Itaque ſic ordine verſiculorum vulgari ſervato ſtrophas et antiſtrophas ordinavit. (obſſ. critt. p. 79 ſqq.)

STROPHA I.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὦ πάτερ αἰνόπατερ τί σοι
Φάμενος, ἢ τί ῥέξας
Τύχοιμ' ἄν, ἔκαθεν οὐρίσας
Ἔνθα σ' ἔχουσιν εὐναί;
Σκότῳ φάος ἰσόμοιρον,
Χάριτες δ' ὁμοίως
Κέκληται γόος εὐκλεὴς
Προσθοδόμοις Ἀτρείδαις.

STROPHA II.

ΧΟΡΟΣ.

Τέκνον φρόνημα τοῦ
Θανόντος οὐ δαμάζει,
Πυρὸς ἅ μαλερὰ γνάθος
Φαίνει δ' ὕστερον ὀργάς.
Ὀτοτύζεται δ' ὁ θνήσκων,
Ἀναφαίνεται δ' ὁ βλάπτων.
Πατέρων δὲ καὶ τεκόντων

Γόος ἔνδικος ματεύει
Ποινὰν ἀμφιλαφὴς ταραχθείς.

ANTISTROPHA I.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Κλῦθι νῦν, ὦ πάτερ, ἐν μέρει
Πολυδάκρυτα πένθη.
Δίπαις τοί σ' ἐπιτύμβιος
Θρῆνος ἀναστενάζει.
Τάφος δ' ἱκέτας δέδεκται,
Φυγάδας δ' ὁμοίως.
Τί τῶνδ' εὖ; τί δ' ἄτερ κακῶν;
Οὐκ ἀτρίακτος ἄτα;

ANAPAESTI.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἔτ' ἂν ἐκ τῶνδε θεὸς χρήζων
Θείη κελάδους εὐφθογγοτέρους
Ἀντὶ δὲ θρήνων ἐπιτυμβιδίων
Παίων μελάθροις ἐν βασιλείοις
Νεοκρᾶτα φίλον κομίσειεν.

STROPHA III.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Εἰ γὰρ ὑπ' Ἰλίῳ
Πρός τινος Λυκίων, πάτερ,
Δορίτμητος κατηναρίσθης
Λιπὼν ἂν εὔκλειαν ἐν δόμοισι
Τέκνων τε κελεύθοις
Ἐπίστρεπτον αἰῶνα κτίσσας
Πολύχωστον ἂν εἶχες
Τάφον διαποντίου γᾶς
Δώμασιν εὐφόρητον.

AN-

ANTISTROPHA II.

Φίλος φίλοισι τοῖς
Ἐκεῖ καλῶς θανοῦσι,
Κατὰ χθονὸς ἐμπρέπων
Σεμνότιμος ἀνάκτωρ,
Πρέπολός τε τῶν μεγίστων
Χθονίων ἐκεῖ τυράννων·
Βασιλεὺς γὰρ ἦς, ὅθ' ἕζης,
Μόριμον λάχος πιμπλάντων
Χεροῖν πεισίμβροτόν τε βάκτρον·

ANTISTROPHA III.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Μῆδ' ὑπὸ Τρωΐοις
Τείχεσι φθίμενος, πάτερ,
Μετ' ἄλλῳ δορικμῆτι λαῷ
Παρὰ Σκαμάνδρου πόρον τέθαψαι,
Πάροιθε θανών, ἢ
Κτανόντεσσιν οὕτω δαμῆναι
Θανατηφόρον αἶσαν
Πρόσω τινὰ πυνθάνεσθαι
Τῶνδε πόνων ἄπειρον.

ANAPAESTI.

ΧΟΡΟΣ.

Ταῦτα μέν, ὦ παῖ, κρείσσονα χρυσοῦ
Μεγάλης δὲ τύχης καὶ Ὑπερβορέου
Μείζονα φωνεῖς ἐδυνάσω.
Ἀλλὰ διπλῆς γὰρ τῆσδε μαραίνης
Δοῦπος ἱκνεῖται· τῶν μὲν ἀρωγοὶ
Κατὰ γῆς ἤδη, τῶν δὲ κρατούντων

Χέρες οὐχ ὅσιαι στυγερῶν ὄντων,
Παισὶ δὲ μᾶλλον γεγένηται.

STROPHA IV.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τοῦτο διαμπερὲς οὗς
Ἵκεθ' ἅπερ τε βέλος.
Ζεῦ, Ζεῦ, κάτωθεν ἀμπέμπων
Ὑστερόποινον ἄταν,
Βροτῶν τλήμονι καὶ πανούργῳ
Χειρί, (τοκεῦσι δ' ὅμως τελεῖται·)

STROPHA V.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐφυμνῆσαι γένοιτό μοι
Πευκάεντ' ὀλολυγμὸν ἀνδρὸς
Θεινομένου, γυναικός τ' ὀλλυμένας.
Τί γὰρ κεύθω, φρενὸς οἷον ἔμπας
Ποτᾶται πάροιθέν τε πρώρας
Δριμείας καρδίας
Θύματος ἔγκοτον στύγος.

ANTISTROPHA IV.

Καὶ ποτ' ἂν ἀμφιθαλὴς
Ζεὺς ἐπὶ χεῖρα βάλοι
Φεῦ, φεῦ, κάρανα δαΐξας.
Πιστὰ γένοιτο χώρᾳ.
Δίκαν δ' ἐξ ἀδίκων ἀπαιτῶ.
Κλῦτε δὲ τὰ χθονίων τετιμέναι.

ANA-

ANAPAESTI.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλὰ νόμος μὲν, φονίας σταγόνας
Χυμένας ἐς πέδον ἄλλο προσαιτεῖν
Αἷμα· βοᾷ γὰρ λοιγὸς Ἐριννὺν
Παρὰ τῶν προτέρων φθιμένων ἄταν
Ἑτέραν ἐπάγουσαν ἐπ' ἄτᾳ.

STROPHA VI.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ποῖ ποῖ δὴ νερτέρων τυραννίδες;
Ἴδετε πολυκρατεῖς ἀραὶ φθιμένων
Ἴδεσθ' Ἀτρειδᾶν τὰ λοιπ' ἀμηχάνως
Ἔχοντα καὶ δωμάτων
Ἄτιμα. Πᾷ τις τράποιτ' ἄν, ὦ Ζεῦ;

ANTISTROPHA V.

ΧΟΡΟΣ.

Πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον
Κέαρ τόνδε κλύουσαν οἴκτον.
Καὶ τότε μὲν δύσελπις, σπλάγχνα δέ μοι
Κελαινοῦται πρὸς ἔπος κλυούσῃ,
Ὅταν δ' αὖτ' ἐπαλκὲς θρασεῖαν
Ἀπέστασεν ἄχος
Πρὸς τὸ φανεῖσθαί μοι καλῶς.

ANTISTROPHA VI.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τί δ' ἂν εἰπόντες τύχοιμεν; ἢ τάπερ
Πάθομεν ἄχθεα πρός γε τεκομένων
Πάρεστι σαίνειν; τὰ δ' οὔτι θέλγεται.

Λύκος γὰρ ὥστ' ὠμόφρων
Ἄσαντος ἐκ ματρός ἐστι θυμός.

STROPHA VII.

Ἔκοψε κόμμον Ἄρειον, εἴτε Κισσίας
Νόμοις πολεμιστρίας
Ἄπρηκτα πολύπλαγκτ' ἦν ἰδεῖν
Ἐπασσυτεροτριβῆ τὰ χερὸς ὀρέγματα
Ἄνωθεν ἀνέκαθεν· κτύπῳ δ' ἐπιῤῥοθεῖ
Κροτητὸν ἁμὸν καὶ πανάθλιον κάρα.
* * * * * * *
Ἰώ, ἰώ, δαΐα
Πάντολμε μᾶτερ, δαΐκις ἐν ἐκφοραῖς
Ἄνευ πολιτᾶν ἄνα-
κτ' ἄνευ τε πενθημάτων
Ἔτλης ἀνοίμωκτον ἄνδρα θάψαι.

STROPHA VIII.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τὸ πᾶν ἀτίμως ἔλεξας, οἴμοι
Πατρὸς δ' ἀτίμωσιν ἆρα τίσει
Ἕκατι μὲν δαιμόνων
Ἕκατι δ' ἁμᾶν χερῶν,
Ἔπειτ' ἐγὼ νοσφίσας ὀλοίμαν.

ANTISTROPHA VIII.

Ἐμασχαλίσθη δ' ἔθ' ὡς τόδ' εἰδῇς,
Ἔπρασσε δ' ἅπερ νιν, ὧδε θάπτει
Μόρον γε μαιμωμένα
Ἄφερτον αἰῶνι σῷ.
Κλύεις πατρῴους δύας ἀτίμους.

AN-

ANTISTROPHA VII.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πατρῴϊον λέγεις πατρῴϊον μόρον.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἐγὼ δ' ἀπεστάτουν
Ἄτιμος, οὐδενὸς ἄξία.
Μυχοῦ δ' ἄφερκτος πολυσίνου κυνὸς δίκαν
Ἑτοιμότερα γέλωτος ἀνέφερον λίβη.
Χαίρουσα πολύδακρυν γόον κεκρυμμένα.
Τοιαῦτ' ἀκούων ἐν φρεσὶν
Γράφου, δι' ὤτων δὲ συν-
τέτρανε μῦθον ἡσύχῳ φρενῶν βάσει.
Τὰ μὲν γὰρ οὕτως ἔχει
Τὰ δ' αὐτὸς ὄργα μαθεῖν.
Πρέπει δ' ἀκάμπτῳ μένει καθήκειν.

STROPHA IX.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Σέ τοι λέγω, ξυγγενοῦ, πάτερ, φίλοις.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἐγὼ δ' ἐπιφθέγγομαι κεκλαυμένα
Στάσις δὲ πάγκοινος ἄδ' ἐπιῤῥοθεῖ,
Ἄκουσον ἐς φάος μολών,
Ξὺν δὲ γενοῦ πρὸς ἐχθρούς.

ANTISTROPHA IX.

Ἄρης Ἄρει ξυμβάλλει, δίκα δίκᾳ
Ἰὼ θεοί, κραίνετ' ἐνδίκως δίκας.

ΧΟΡΟΣ.

Τρόμος μ' ὑφέρπει κλυούσαν εὐγμάτων
Τὸ μόρσιμον μένει πάλαι
Εὐχομένοις δ' ἂν ἔλθοι.

STROPHA X.

Ὦ πόνος ἐγγενής,
Καὶ παράμουσος ἄτας,
Αἱματόεσσα πλαγά.
Ἰὼ δύστον' ἄφερτα κήδη·
Ἰὼ δυσκατάπαυστον ἄλγος,

ANTISTROPHA X.

Δώμασιν ἔμμοτον
Τῶν ἑκάς· οὐδ' ἀπ' ἄλλων
Ἔκτοθεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν
Αἰῶν' ἀναιρεῖν, αἱματηρᾶν
Θεῶν τᾶν κατὰ γᾶς ὁδ' ὕμνος.

ANAPAESTI.

Ἀλλὰ κλύοντες μάκαρες χθόνιοι
Τῆσδε κατευχῆς, πέμπετ' ἀρωγὴν
Παισὶ προφρόνως ἐπὶ νίκην.

Jam dubitari quidem nequit, quin Hermannus recte judicaverit, carmina illa non, ut vulgo putabatur, maximam partem monoſtrophica, ſed exceptis ſyſtematibus anapaeſticis omnia antiſtrophica eſſe; hoc tamen valde incommodum eſt, quod vulgari textus ordine ſervato ſeries ſtropharum et antiſtropharum inter ſe relatarum mire perturbata appareat. Quis enim ſibi perſuadeat, poſt Strophas I. II. non ut ſaepe Antiſtrophas I. II. ſed tantum Antiſtrophan I. deinde interjectis Anapaeſtis Stropham III. ac tunc demum Antiſtrophas II. III. cantatas fuiſſe. Sic poſtea Strophas IV. et V. non Antiſtrophe IV. et V. ſed Antiſtrophe tantum IV. ſequitur, et interjectis Anapaeſtis Stropham VI. comitatur Antiſtr. V. et VI. Major etiam confuſio in ſequentibus. Antiſtrophae ſeptimae enim praecurrit octava, inaudito prorſus exemplo.

Itaque

Itaque Hermanni rationem hactenus amplexi ſumus, ut quarundam ſtropharum et antiſtropharum transpoſitione admiſſa iſtam ordinis perturbati moleſtiam effugeremus. Noſtro igitur ordine ſic procedunt antiſtrophica:

Strophe I. (*Oreſtes*) Ὦ πάτερ v. 312 — 319.
Antiſtr. I. (*Electra*) Κλῦθι νυν v. 320 — 327.
Anapaeſti. (*Chorus*) Ἀλλ' ἔτ' ἂν v. 328 — 332.
Strophe II. (*Oreſtes*) Εἰ γὰρ ὑπ' Ἰλίῳ v. 333 — 341.
Strophe III. — Φίλος φίλοισι v. 342 — 350.
Antiſtr. II. — Μηδ' ὑπὸ v. 351 — 359.
Antiſtr. III. (*Chorus*) Τέκνον φρόνημα v. 360 — 368.
Strophe IV. (*Electra*) Τοῦτο v. 369 — 374.
Strophe V. — Ἐφυμνῆσαι v. 375 — 381.
Anapaeſti. (*Chorus*) Ταῦτα μὲν v. 382 — 389.
Antiſtr. IV. (*Electra*) Καὶ πότ' ἂν v. 390 — 395.
Antiſtr. V. (*Chorus*) Πέπαλται v. 396 — 402.
Strophe VI. (*Oreſtes*) Ποῖ ποῖ δὴ v. 403 — 407.
Anapaeſti. (*Chorus*) Ἀλλὰ νόμος μὲν v. 408 — 412.
Antiſtr. VI. (*Electra*) Τί δ' ἂν v. 413 — 417.
Strophe VII. — Ἔκοψε v. 418 — 429.
Strophe VIII. Ἐμασχαλίσθη v. 430 — 434.
Antiſtr. VII. (*Oreſtes*) Πατρῴων — (*Electra*) Ἐγὼ δ' v. 435 — 446.
Antiſtr. VIII. (*Oreſtes*) Τὸ πᾶν v. 447 — 451.
Str. IX. Σέ τοι λέγω v. 452 — 456.
Antiſtr. IX. Ἄρης Ἄρει v. 457 — 461.
Str. X. Ὦ πόνος v. 462 — 466.
Antiſtr. X. Δώμασι v. 467 — 471.

Transpoſitiones olim in Aeſchyli tragoediis praeſertim in choricis factas eſſe, aliis quoque locorum exemplis conſtat. Supereſt ut ex ipſa argumenti continuatione, ordinem ſtropharum a nobis inſtitutum verum eſſe, demonſtremus. Carmen Electra Κλῦθι νυν v. 320. nexu ſententiarum maxime cum fratris carmine v. 312 — 319. cohaerere, vel haec verba κλῦθι νυν — ἐν μέρει, et ὕπαις

τοί σ' ἐπιτύμβιος v. 322. oſtendunt. Chori canticum Τέκνον φρόνημα τοῦ, quod ordine vulgari ſtrophae primae annectebatur, multo aptius poſt Oreſtis querelam v. 333 — 359. ponitur. Oreſtes enim beatum Agamemnonem futurum fuiſſe praedicaverat, ſi ante Ilium occubuiſſet; et ſic tandem finit: *utinam igitur priusquam ſic ab interfectoribus caeſus occubuiſſes, nos e longinquo potius mortem tuam renuntiatam audiviſſemus horum malorum expertes.* Hunc igitur chorus verbis Τέκνον φρόνημα τοῦ etc. ita conſolatur, ut patrem quidem occiſum, combuſtum et ſepultum eſſe doceat, ſed ita ut mens ejus apud inferos vigeat, ultioni intenta. Hac igitur ſpe erecta accinit Choro *Electra* verbis Τοῦτο διαμπερὲς οὗς etc., precaturque ut Clytaemneſtrae et Aegiſthi caedem videre ſibi contingat. Chorus id quidem verbis Ταῦτα μὲν v. 382 ſqq. in egregiae fortunae loco ponit, dubitat tamen, an ſperandum ſit; poſtquam vero Electra juſtitiam divinam imploravit, corrigit ſe Chorus et a puſillanimitate, quam v. 382 — 389. prodiderat, ad fiduciam redit divini auxilii ſpe fretus v. 396 ſqq. Cumque Oreſtes furias invocaſſet v. 403 ſqq. reſpondet Chorus ſic v. 408 ſqq. ut oſtendat Furiam ab ipſa caede Agamemnonis vocari. Verba Oreſtis Τὸ πᾶν ἀτίμως multo melius poſt finitam Electrae narrationem poni, quam, ut vulgo fit, mediam interrumpere, res ipſa docet.

v. 322. ἐπιτυμβίος θρῆνος] Hujus correctionis veritatem confirmat v. 330.

v. 325. ἱκέτας et φυγάδας haud ſic accipio, ut illud ad Electram, hoc ad Oreſtem pertineat. Uterque potius utroque et ſupplicis et exſulis nomine deſignatur.

v. 327. οὐκ ἀτρίακτος ἅτα;] *Quid horum bonum? Quid ſine malis? Nonne haec eſt invicta calamitas?* Jam Chorus Electram conſolaturus reſpondet: *Imo vero deus meliora dederit.*

v. 328.

v. 328. ἐκ τῶνδε] scil. κακῶν, et πενθέων πολυδακρύτων.

χρήζων] „ex mente Schol. pro χρησμωδῶν, pro quo usu, ne maneat dubius, vid. quoque Soph. Oed. Col. v. 1490. ibique Schol., Eurip. Helen. v. 523. ad eum Barnes. et Etymol. in v. χρήζω et χρηστήρ." *Abresch.*

v. 328. 329. Perperam vertit Stanl.: *Verum adhuc ex hisce Deus, qui oracula dedit, faciat sonos jucundiores*, quasi votum optantis, non asseverantis vaticinium his verbis insit. Rectius: *At enim vates Apollo ex hisce querelis facile parare possit laetitiae voces.* Comparandus hic est locus pulcherrimus v. 927 sqq.

v. 333. Iterum versio Stanlejana multis modis in his monostrophicis peccat. Verior interpretatio haec est: *Si enim ante Ilium ab aliquo Lyciorum, o pater*, hasta *percussus occubuisses*, virtutis tuae *gloriam* hereditatis instar familiae tuae reliquisses, *liberorumque tuorum vitae auream et invidendam fortunam parasses, habuissesque in terra transmarina*, in litore Troadis, *amplissimum sepulcrum, familiae tuae* flebile quidem, attamen ob honorem tibi tributum *tolerabile; amicus quippe inter amicos ibi decora morte defunctos etiam sub terra insignis, et venerandus rex, et summorum regum, apud inferos imperantium*, Plutonis et Proserpinae, *sacerdos. (Eras enim, quoad vivebas, rex ex eorum numero, qui munus regium sibi fato creditum, tum virtute bellica, tum sapientia et eloquentia populum demulcente ornant.) Nec profecto, si ante Trojae moenia occubuisses, in turba militum gregariorum ibidem ad Scamandrum fluvium sepultus esses. Utinam igitur, priusquam sic sub interfectoris manu occubuisses, nos e longinquo potius mortem tuam renuntiatam audivissemus, hisque malis omnibus caruissemus.* Ceterum Agamemnonem non in bello potius occubuisse similiter queritur ap. Sophoclem Electra v. 96.

v. 338.

v. 338. ἐπίστρεπτον] „Significatio hujus vocis a Stephano omiſſae perſpicue cernitur in Suppl. v. 1004.

"Ὥραν ἐχούσας τήνδ' ἐπίστρεπτον βροτοῖς." *Stanl.*

v. 340. διαπόντιος] „idem quod ὑπερπόντιος Suppl. 43. In lexicis διαπόντιος redditur *maritimus* et πολέμους διαποντίους Thucyd. lib. I. c. 141. vertit *bella maritima*; debuiſſet ni fallor reddere *transmarina*, quae mari trajecto geruntur." *Abreſch.*

v. 341. δώμασιν εὐφόρητον] E duabus rationibus, quas hic proponit Abreſchius, altera minime amplectenda, qua χώμασιν εὐφόρητον, quod idem prope eſſet ac πολύχωστον, legi poſſe hariolatus eſt; altera autem unice vera — *amplum habuiſſes tumulum — id quod domi tuis tolerabile* fuiſſet. Sic οἶκοι pro *domeſticis* infra v. 859. et δόμοι Agam. v. 596. Vix autem credibile eſt Heathio in mentem venire potuiſſe, δώμασιν εὐφόρητον reddere *aedificiis amplum.*

v. 346. πρύπολός τε τῶν μεγίστων χθονίων ἐκεῖ τυράννων male reddidit Stanlejus *ſummus maximorum terreſtrium ibi regum*, quaſi Agamemnon hic diceretur etiam apud inferos inter defunctos reges excellere. Sed πρόπολος eſt *miniſter*, *ſacerdos*, et χθόνιοι τύραννοι ſunt dii, penes quos ſumma inferorum poteſtas eſt, Pluto et Proſerpina. Heſych. πρόπολοι, ὑπηρέται, δοῦλοι, νεωκόροι, προφῆται.

v. 347. Mirum eſt, quantum hic a vero poetae conſilio aberraverit Heathius. Primum enim verba βασιλεὺς γὰρ ἦς ὄφρ' ἔζῃς parentheſi includi vult, quod ineptam efficit ſententiam et Aeſchylo prorſus indignam; deinde ſequentia ſic vertit: *fatalem ſortem adimplentibus manibus ſceptroque populum regente.* (Nempe legendum putat πεισιμβρότου τε βάκτρου.) Idque trahit ad potentiam atque auctoritatem, qua Agamemnon apud inferos poenas vel praemia pro meritis unicuique decreturus ſit. Electram enim

enim fingere, patrem ſuum, ſi in praelio cecidiſſet, eundem magiſtratum ac dignitatem apud inferos fuiſſe adepturum, quibus jam potiti eſſent Minos, Rhadamanthus, Aeacus. Quae quidem ſomnia nec verborum conſtructio nec ſententiae veritas admittit. Sed hoc maxime Heathio illuſit, quod non vidit ellipticam eſſe formam, in Βασιλεὺς — πιπλάντων, pro βασιλεὺς τῶν βασιλέων πιπλάντων. Itaque in his verbis graviſſima et ſplendidiſſima laus eſt Agamemnonis, quae cauſam ſimul affert, cur etiam apud inferos in ſumma auctoritate et gloria verſetur. *Eras enim dum vivebas, rex ex eorum numero, qui munus regium ſibi fato creditum manibus* (virtute bellica) *et ſceptro populum regente* (eloquentia in comitiis) *ornant.*

v. 350. χερσὶν πεισιμβρότῳ τε βάκτρῳ] Hic deſignatur rex belli pacisque artibus clarus:

ἀμφότερον βασιλεὺς τ' ἀγαθός, κρατερός δ' αἰχμητής.

Homer. Iliad. Γ. 179. Πεισίμβροτον βάκτρον praecipue ad eloquentiam forenſem pertinet, quae heroicis temporibus inter praecipua boni regis ornamenta numerabatur. Solebant nempe in concionibus verba ad populum facientes ſceptrum ſ. baculum in manibus gerere. Cf. Homer. Iliad. v. 218 ſqq.

v. 351 ſqq. μηδ' ὑπὸ Τροίας] „Recte Τροίας reponit Pauwius, et reſcribendum etiam eſt τείχεσι, verſus enim periodus eſt. Porro Pauwio aſſentior haec cum praecedentibus πολύχωστον ἂν εἶχες τάφον cohaerere, non tamen, niſi prius emendata ſcriptura vulgata. Iſta enim εἶχες ἂν τάφον μηδὲ τέθαψαι orationem efficiunt plane ſoloecam, temporum ratione prorſus conſuſa. Neque enim τέθαψαι reddi poteſt *ſepultus fuiſſes*, ſed neceſſario ſignificat *ſepultus es.* Legendum igitur eſt γ' ἐτάφθης, ut conſtructio ſit, εἶχες ἂν τάφον πολύχωστον — μηδ' ἂν (haec enim particula ἀπὸ κοινοῦ retrahenda eſt) γ' ἐτάφθης." *Heath.*

v. 353.

v. 353. μετ' ἄλλῳ δορικμῆτι λαῷ] „Δορικμὴς vox eſt a lexicographis non obſervata, cujus ſignificatio ex verbo ejusdem formae σιδηροκμὴς petenda, quae a Sophocle Ajac. v. 325. uſurpata eſt:

ἐν μέσοις βοτοῖς
Σιδηροκμῆσιν ἥσυχος θακεῖ θανών·

quod recte Scholiaſtes τῷ σιδήρῳ φονευθεῖσιν reddit, δορικμὴς ergo *haſta caeſus*, ut σιδηροκμὴς *ferro caeſus*. Porro pro ἄλλων legendum ἄλλῳ. Locum data opera currupit, qui μετὰ hac ſignificatione genitivum caſum requirere, non dativum, crediderat; perperam, cum frequens ſit apud poëtas. Homer. Odyſſ. E. v. 224.

μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθω.

Suidas in Μετά; ſignificat etiam Σύν· Σὺν δ' αὖ ἐγὼ μετὰ τοῖσι. — —" *Stanl.*

v. 355 ſqq. εἰθ' οὖν — ἄπειρον] Proxime ad veritatem ſenſus h. l. acceſſit Gallus Choephorarum interpres, qui Stanleji emendationem πάρος ὅ' ἦ κτάνον σε νῦν amplexus hoc modo explicat: *Utinam antequam te nunc occidiſſent ſic* (i. e. *ita ut modo dixi*, *ſub moenibus Trojae*) *cecidiſſes*, *ego vero horum malorum expers letiferam ſortem tuam e longinquo audiſſem.* Dura tamen ſic particulae εἴθε *utinam*, quae hic fingitur, ellipſis eſſet. Heathius textu vulgari ſervato, ſic intelligit: *Utinam qui eum interfecerunt*, *prius ita* (id eſt, ſub moenibus Trojae occiſi et ſepulcro vulgari conditi) *occubuiſſent*, *ut fatum*, *quod mortem iis intulit*, *e longinquo audiret aliquis harum calamitatum expers*, h. e. ut eorum mors e longinquo mihi (Electrae) fuiſſet nuntiata, tunc enim calamitatibus praeſentibus non conflictarer. At enim ineptum fuiſſet optare: *utinam Clytaemneſtra in praelio ante Trojam occubuiſſet.* Itaque lectio a nobis conſtituta

Εἰθ' οὖν πάρος ἦ νιν
Κτανόντισσιν οὕτως δαμῆναι

vero,

vero, qui requiritur ſenſui pariter ac metro convenientior eſt.

v. 358. τινὰ pertinet ad Electram et Oreſtem.

v. 360 ſqq. Chorus Oreſtem monet, ne nullam prorſus vitam ſepulti patris, nullum ei poſt mortem ſenſum ſupereſſe putet. *O fili, mentem defuncti non domat flammae*, quae cadaver ejus in rogo abſumit, *vorax mala; poſtea* potius anima hominis occiſi *iras manifeſtat. Lugetur enim occiſus, manifeſtatur, qui eum laeſit. Juſtus autem luctus patrum matrumque cauſa ſusceptus quaerit poenam undique perturbatus.*

v. 366. πατέρων τε καὶ τεκόντων] Quocunque te vertas, verba τε καὶ τεκόντων corruptelae ſuſpicionem haud effugiunt. Ad ſenſum optimum fuerit

πατέρων τε κατθανόντων

reſcribere; ut pluralis numerus, ut ſaepe apud noſtrum, ſingularis loco poſitus ſit.

v. 367. ποινάν] Vulg. το πᾶν. Quid autem hoc eſſet *inveſtigat omnia?* Scholiaſtes reddit: Ζητεῖ τὸ ἀντὶ ἡωρεῖσθαι. Ὅμως οὐκ ἠρεμεῖ ἡ ψυχή, ζητεῖ γὰρ παντελῶς ταρασσομένη τὴν ἐκδίκησιν. Quae quidem explicatio facile prodit ſcholiaſtem in textu legiſſe vocabulum cum verbo ματεύει conſtructum, quod poenam ſ. ultionem ſignificaret. Absque dubio igitur ποινὰν erat reponendum.

v. 368. ἀμφιλαφὴς ταράχθεις] Legendum opinor ἀμφιλαφῶς ταράχθεις, quia Scholiaſtes vertit παντελῶς. Idem pro γοὸς in codice ſuo Νόος legiſſe videtur. Nec abſonum fuerit legere:

Πατέρων τε κατθανόντων
Νόος ἔκδικος ματεύει
Ποινάν, ἀμφί βλαβῇ ταραχθείς

ita νόος idem eſſet, quod antea Φρόνημα. *Patris autem occiſi animus ultor quaerit poenam, ob laeſionem perturbatus, ſeu iratus.*

v. 370.

v. 370. ὑπερβορέου] de felicitate Hyperboreorum res nota. Pomponius Mela III. 5. *diutius quam ulli mortalium et beatius vivunt.* Cf. *Gesneri de navigationibus extra columnas Herculis* prael. II. (in ejusd. Orphicis p. 467.) Haec igitur Chorus significat: Quamquam per se triste est liberis patrem decedere, tamen, quod optasti, ut pater tuus potius ante Trojam occidisset, pro doloris magnitudine, quo nunc opprimeris, nimis magnae felicitatis esset.

v. 385. ἀλλὰ sequente γὰρ h. l. sic explendum: *At irrita sunt haec vota, nam potius duplicis flagelli sonus accedit.*

διπλῆς γὰρ τῆσδε μαραίνης] Sublimis est admodum figura dictionis, qua duae cogitationes gravi dolore animum affligentes duplicis flagelli, cujus crepitu jam aures terrentur, imagine adumbrantur.

μαραίνης] Hesych. Μάραινα, μάστιξ, ῥάβδος, ταυρεία.

v. 386. δοῦπος ἱκνεῖται] Eadem fere sententia aliter expressa Pers. 604.

Βοᾷ δ' ἐν ὠσὶ κέλαδος οὐ παιώνιος.

v. 386. 387. τῶν μὲν — τῶν δὲ] alterum flagellum est cogitatio, eum, qui propulsare haec mala possit, (Agamemnonem) jam terra conditum esse; alterum vero, eorum, qui nunc imperant, Clytaemnestrae et Aegisthi, manus haud puras esse ab abominandis hisce facinoribus, e quibus ortae sint hae calamitates.

v. 389. μᾶλλον minus recte accepit Scholiastes. Non enim hoc significat Chorus, duplex illud flagellum magis liberos quam Agamemnonem affligere, quod ineptum esset, sed suum sensum cum liberorum sensu comparat, ad quos multo major pars hujus doloris pertinebat. γεγέννηται referendum ad δοῦπος ἱκνεῖται, nec vertendum est cum Stanlejo: *liberis hoc maxime constat;* sed: *multo autem vehe-*

vehementius duplex hoc flagellum liberos vexat quam nos. Prorsus alienum est, quod Abreschius proponit, γεγέννηται scil. χέρες οὐχ ὅσιαι. Si quid mutandum esset, facilior esset lectio

παισὶ δὲ μᾶλλον γ' ἐπίκειται.

Sed emendatione nihil opus.

v. 369. In lectione vulgata

Τοῦτο διαμπερὲς ὡς
Ἵκετ' ἄτε περ βέλος

quid particula ὡς valeat, nemo interpretum explicavit. Est enim prorsus supervacua, cum statim sequatur ἄτε περ. Itaque se facile tuebitur emendatio nostra

Τοῦτο διαμπερὲς οὗς
Ἵκετ' ἅπερ τι βέλος.

Hoc, quod dixisti, *aurem meam penitus penetravit tanquam sagitta.*

v. 374. τελεῖται] Nisi haec παρενθέτως posita accipiamus, praestat legere τελοῖτο. Qui τελεῖται praefert, videat an potior sit lectio στελεῖται, quae praecedenti ἀμπέπων melius respondeat. *O Jupiter, qui ab inferis sursum immittere soles tarde punientem vindictam audaci et facinoroso mortalium generi, certe similiter matri delegabitur.* Τοκεῦσι pluraliter singularis loco dictum, de sola Clytaemnestra; quemadmodum v. 417. πρὸς τῶν τεκομένων.

v. 378—381. τί γὰρ κεύθω Φρενός — ἔγκοτον στύγος] E lectione adhuc in omnibus editionibus expressa τί γὰρ κεύθω Φρενὸς θεῖον ἐμπας ποτᾶται — nemo adhuc probabilem sensum elicuit. In versione Stanlejana: *Quid enim animi sensa occulto? Fatum tamen circumvolitat; verum ante faciem acerbumque cor, infensum odium* — jure quaeritur, quid h. l. *fati* mentio sibi velit, aut quonam usu loquendi θεῖον, absque articulo positum, fatum denotare possit. At lectio partim a nobis, partim ab Hermanno

correcta ſenſum fundit aptiſſimum: *Quid enim pectore premo? Furor tamen erumpit et exacerbata praecordia obſidet caedis infenſum odium.* Neque tamen praeſtare auſim verba ποτᾶται et πρώρας genuina eſſe. Metaphora certe aptior eſſet, ſi ſcriptum inveniremus

τί γὰρ κεύθω Φρενί θυμόν; ἔμπας
πιδύει πάροιθεν δὲ πρόῤῥει
ὀριμείας καρδίας
θύματος ἔγκοτον στύγος.

v. 391. καί ποτ' ἄν] Heathius ita vertit: *atque aliquando tandem Jupiter utrimque vigens manum eis intentet, capitibus eorum diffiſſis.* Idcirco ſcil. Jovem ἀμφιθαλῆ dici exiſtimat, quia in utrosque, Aegiſthum et Clytaemneſtram, vindex et ultor ſperaretur; κάρανα δαΐξας autem addi, quia Agamemnon capite ſecuri diffiſſo trucidatus fuerit; ſimilem igitur poenam interfectoribus augurari Electram. Multo autem facilius decurrit ſententia ſic expreſſa: *Et ſane aliquando praepotens Jupiter manum injiciet, heu heu, capita* h. e. dominos, qui nunc ſunt, *interficiens.* Recte enim Scholiaſtes κάρανα interpretatus eſt τὰ τοῦ οἴκου ἄκρα ſ. τοὺς περὶ Αἴγισθον.

v. 393. πιστὰ γένοιτο χώρᾳ] Scholiaſtes haec ita intellexit, *et credibile fiat terrae noſtrae*, te eſſe hujus ultionis auctorem. Sed hoc eſſet abuti ellipſeos figura. Pauwius interpretatur: *Fida ſint regioni, bona fides imperet regioni ſibique fidi ſint cives.* At enim hoc nimis ab eo, de quo agebatur, recedit. Heathius hic Chorum interloqui putabat, nimirum quia antecedentia ab Electra pronuntiata eſſe finxerat. cf. v. 378. Sed orationis perpetuitas vetat, quo minus hic interrumpi Chorum ſtatuamus. Πιστὰ γένοιτο χώρᾳ ad reſtituendum Oreſti juſtum imperium refero; ut ſcilicet in πιστὰ repetatur κάρανα.

v. 395. κλῦτε δὲ τὰ χθονίων τετιμέναι] Recte Heathius poſt Stanlejum et Pauwium Furias hic deſcribi intel-

tellexit. *Audite vero, vos, quae jura mortuorum perſequimini, injuriasque his illatas vindicatis.* Eodem modo dicuntur v. 403. πολυκρατεῖς ἀρὰ φθιμένων. Et eadem in cauſa Furiae invocantur ap. Sophocl. Electr. v. 111 ſqq.

v. 396. πέπαλται δ' αὖτε μοι] Hi verſus vulgo usque ad v. 402. tribuuntur Electrae. Multo autem commodius eſt, eos Choro aſſignare, qui in verbis πέπαλται δ' αὖτε reſpicit ea, quae dixerat v. 385 ſqq.

v. 397. τόνδε κλύουσαν] Σολοικοφανὴς quidem eſt conſtructio, at frequentata tamen Tragicis, partimque ex ratione Graecorum non genitivis ſolum, ſed etiam nominativis, dativis, accuſativis conſequentiae utentium explicanda, partim ex more poëtarum in mutanda verborum conſtructione ſaepe *rem* potius quam *verba* ſpectantium. Simillima eſt verborum junctura apud Sophocl. Electrae v. 479.

ὕπεστί μοι θράσος
ἀδύπνοων κλύουσαν
ἀρτίως ὀνειράτων,

ubi vide quae Brunckius ſuſius de hac re diſputavit.

v. 398 ſqq. καὶ τότε μέν δύζελπις —] Nempe hanc puſillanimitatem perdiderat Chorus v. 385 — 389.

v. 399. σπλάγχνα κελαινοῦται de repenti aut violenta ſanguinis congeſtione, quae in terrore, angore, triſtitia accidere ſolet; deinde de ipſis his affectibus cf. quae diximus ad Agam. v. 187. Huic dicendi figurae reſpondet v. 401.

ἀπέσταξε ἄχος

quemadmodum illo Agamemnonis loco dicitur μνησιπήμων πόνος πρὸ καρδίας στάζειν.

v. 403. νερτέρων τυραννίδες] Et haec allocutio ad Furias dirigitur.

v. 410 ſqq. Si Ἐρινύς teneamus, vel ἐπάγουσαν ἐπ' ἄτῃ in ἐπάγουσα γ' ἐπ' ἄτῃ, ut Pauwius voluit, mute-

mus, vel cum Turnebiana ἐπάγουσ' ἐπ' ἄτῃ legamus neceſſe eſt. Sed multo gravior ſententia, et concinnior verborum ſtructura exit, ſi textum ita conſtituamus:

Βοᾷ γὰρ λοιγὸς Ἐριννὺν
Παρὰ τῶν προτέρων φθιμένων ἄτην
Ἑτέραν ἐπάγουσαν ἐπ' ἄτῃ.

Vocat enim caedes perpetrata *Furiam, quae cladi ex iis, qui prius interfecti ſunt, novam cladem ſuperinducit.*

v. 413. τί δ' ἂν εἰπόντες,—] Heathius ita vertit: *Quid vero loquentes perficiemus? Num injurias, quas nos quidem a genitrice perpeſſae ſumus, blandimentorum ope inpoſterum effugere datur? At illas ullo delinimento mitigatas fore, minime eſt ſperandum. Nam matris ira, tanquam lupus crudelis, adhuc* (legit enim ἔτι ματρὸς pro ἐκ ματρὸς) *haudquaquam demulcenda perſeverat.* At h. l. duo Heathium fefellerunt. Primum, quod σαίνειν et θέλγεται ad futurum tempus traxit, deinde quod hic de matris ira erga Electram agi putavit, ubi potius de liberorum erga matrem implacabili odio ſermo erat. Itaque unice verum eſt ſic interpretari: *Quid igitur dicemus? An licet illas* calamitatum *moleſtias, quibus nos mater oneravit, blandis verbis extenuare et mollire? Minime; ſunt enim ejusmodi, ut nulla poſſint oratione leniri. Implacabilis* potius, *lupi voracis inſtar, eſt ira noſtra ex matris injuria et crimine concepta.* Sic omnia plana; hisce enim dictis bene praeparantur ſequentia, quibus caedis Agamemnoniae indignitas et atrocitas mirum in modum exaugetur.

v. 418. ἔκοψε κομμὸν Ἄρειον — ῥέγματα] Hisce verbis, admodum quidem difficilibus, nec ſine meliorum codicum praeſidio ſatis tuto, ut opinor, expediendis, deſcribitur caedes Agamemnonis a Clytaemneſtra perpetrata. Pro εἴτε legendum εἶτα. In reliquis Hermanni emendationem recepimus: *Icit ictum Martium* (h. e. bellicoſius, quam feminam decebat, gladio coepit adoriri maritum),

tum), *deinde Ciſſiae more bellatricis, identidem plagas cernere licebat, ſaepe irritas, ſaepe caeco impetu huc illuc aberrantes, catervatim* Agamemnoni *inflictas.* Πολύπλαγκτα referendum ad ictus temere et incaſſum inflictos. Agamemnonem enim induſio irretitum non quovis ictu ſic petere poterat Clytaemneſtra, ut eum certo feriret. P1o ἐπασσυτεροτριβῆ Scholiaſtes aliud vocabulum legiſſe videtur; interpretatur enim: ἀλλεπάλληλον κτύπον ποιοῦντα.

v. 421. ἐπασσυτεροτριβῆ] „Pluribus ſe Agamemnonem conſeciſſe plagis, gloriatur in Tragoedia praecedente Clytaemneſtra v. 1395.

> Παίω τέ νιν δίς· κἀν δυοῖν οἰμώγμασιν
> Μεθῆκεν αὑτοῦ κῶλα· καὶ πεπτωκότι
> Τρίτην ἐπενδίδωμι. —" *Stanl.*

v. 422 ſq. ἄνωθεν — κάρα] Ex Hermanni ratione ἄνωθεν κἀνέκαθεν ad antecedentia trahitur. Aeque bene, niſi aptius etiam cum ſequentibus conſtrui poſſunt: *Ac de loco ſuperiore*, (de conclavi in ſuperiori aedium contignatione) *e longinquo* (unde adeo ne ſuccurrere quidem patri licebat) *reſpondebat huic plagarum crepitui caput meum miſerum prae dolore ac terrore manibus meis crebro percuſſum.* Heathius hoc loco v. 421—426. de colaphis agi putabat Electrae ab impia matre inflictis; ſed hujus generis κρότοι hic valde ἄκροτοι ſunt. Cur autem Clytaemneſtra Κισσίας νόμοισι πολεμιστρίας in caedendo viro egiſſe dicatur, nemo interpretum explicavit. Arbitror autem hic reſpici aſtutum Clytaemneſtrae conſilium, quo viro nudo et inermi induſium ſuperinjiciebat, in quo nec manus, nec caput exitum invenirent, (ἄπειρον ἀμφίβληστρον dicebatur Agam. 1393.) idque cum aliquo Ciſſiorum, Perſicae gentis ſtrategemate bellico, illo tempore Graecis noto comparari. Certe ſimile quid Herodotus de *Sagartiis* libr. VII. c. 85. narrat. Χρέωνται δὲ σειρῇσι πεπλεγμένῃσι ἐξ ἰμάντων, ταύτῃσι πίσυνοι ἔρχονται ἐς

πόλεμον· ἡ δὲ μάχη τουτέων τῶν ἀνδρῶν ἥδε· ἐπεὰν συμμίσγωσι τοῖσι πολεμίοισι, βάλλουσι τὰς σειράς, ἐπ' ἄκρῳ βρόχους ἐχούσας· ὅτευ δ' ἂν τύχῃ, ἢν τε ἵππου, ἢν τε ἀνθρώπου ἐπ' ἑώϋτον ἕλκει· οἱ δὲ ἐν ἕρκεσι ἐμπαλασσόμενοι διαφθείρονται. Ut igitur nunc se textus habet, acquiesco sane in interpretatione supra expolita, cui praeterea favere videtur Agam. v. 1118 sq. Subinde tamen conjectura ducor ad suspicandum Aeschylum scripsisse:

ἐν τε Κισσίας πολεμιστρίας νόμοις.
Ἀπριὲξ δὲ πολύπλαγκτ' ἦν ἰδεῖν
ἐπασσύτερα πατρῷα χερὸς ῥέγματα

idque de Agamemnone intelligendum esse, qui ad vitam suam tegendam identidem manus protendere capiebat, sed induso illo tanquam reti captus, et oculorum ministerio privatus, saepe ac multum a Clytaemnestra, quam arripere tentabat, aberrare debebat (πολύπλαγκτα χερὸς ῥέγματα). Certe huic conjecturae nostrae valde blanditur locus illustris ap. Sen. Agamemn. Act. V. v. 887 sqq., ubi Cassandra sic vaticinatur:

Mortifera vinctum perfidae tradet neci
Induta vestis. Exitum manibus negat,
Caputque laxi et invii cludunt sinus.
Haurit trementi semivir dextra latus,
Nec penitus adigit, vulnere in medio stupet.
At ille, ut altis hispidus silvis aper,
Cum casse cinctus tentat egressus tamen,
Arctatque motu vincla et incassum furit,
Cupit fluentes undique et caecos sinus
Dissicere, et hostem quaerit implicitus suum.
Armat bipenni Tyndaris dextram furens.
Qualisque ad aras colla taurorum prius
Designat oculis, antequam ferro petat
Sic huc et illuc impiam librat manum.

κτύ-

κτύπῳ] Sic Eurip. Androm. v. 1210.

οὐ σπαράξομαι κόμαν
οὐκ ἐπιθήσομαι
ἐμῷ κάρᾳ κτύπημα χερὸς ὀλόον.

unde colligas h. l. κτύπῳ de ſtrepitu plagarum dici, quas prae dolore capiti infligebat Electra; ambigi enim poteſt, utrum κτύπῳ h. l. dativi, an ablativi Latinorum vices expleat. Illud ſi teneas, vertendum eſt: *ſtrepitui ex patris caede orto reſpondebat caput meum plagis ictum*; ſin hoc, ſenſus eſt: *plagis percuſſum reſpondebat caput meum.* In eadem re πολλὰς ἀντήρεις στέρνων πληγὰς memorat Electra ap. Sophoclem v. 90.

v. 426. δαΐαις ἐν ἐκφοραῖς] *quaſi hoſtem eum extuliſti, nemine civium funus comitante.*

v. 427. ἄνευ δε πενθημάτων] Cf. Agam. 1561. Sophocl. Electr. v. 100.

v. 430. ἐμασχαλίσθη] „Amputare ſolebant veteres iis, quos e medio ſuſtuliſſent, extremitates corporis, puta manus, pedes, aures, naſum etc. et collo appendere, quod μασχαλίζειν dixere. Heſychius: Φονεύσαντες ἐξ ἐπιβουλῆς τινὰς ὑπὲρ τοῦ τὴν μῆνιν ἐκκλίναι, ἀκρωτηριάσαντες τὰ μόρια τούτων οἷον ὤτων, ῥινῶν, καὶ ἐρείσαντες ἐκρέμων ἐκ τοῦ τραχήλου διὰ τῶν μασχάλων. Hoc enim pacto manes caeſorum impediri cenſebant, quo minus ipſos perſequi atque infeſtare poſſent. Demetrius Triclinius: ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ἡνίκα τινὰ διεχρήσαντο, ἀκρωτηριάζειν αὐτόν, καὶ ὑπὸ τῆς μασχάλης ταῦτα τιθέναι. Τοῦτο δὲ ἐποίουν, ἵνα ἀνίσχυρον αὐτὸν ἐργάζωνται διὰ τῆς τῶν ἀκρωτηρίων τομῆς πρὸς τὴν αὐτῶν ἄμυναν, ἣν οἱ νεκροὶ τοὺς ζῶντας ἀμύνονται ἐρινῦς αὐτοῖς ἐπιπέμποντες. Tum vero potiſſimum hoc fecere, ſi conſanguineum aut affinem occidiſſent. Scholiaſtes Sophoclis ad Electr. v. 447. Εἰώθεσαν οἱ δράσαντες ἐμφύλιον φόνον ἀκρωτηριάζειν τοὺς ἀναιρεθέντας, ἐκ παντὸς μέρους τοῦ σώματος ἀποτεμνόμενοι, καὶ περιάπτειν αὐτοῖς τὰ ἄκρα συνεί-

ροντες, διὰ τούτων ὥςτερ τὴν δύναμιν ἐκείνων ἀφαιρούμενοι, διὰ τὸ μὴ παθεῖν εἰς ὕστερον τι δεινὸν παρ' ἐκείνων. Ἐφόρουν δὲ εἰς τὰς μασχάλας τὰ ἄκρα, ὃ καὶ μασχαλισθῆναι ἔλεγον. Agamemnonem hoc modo tractatum, praeter Aeſchylum noſtrum teſtatur Sophocles in Electra l. l.

Σκέψαι γὰρ εἰ σοι πρόσφιλῶς αὐτῇ δοκεῖ
Γέρα τάδ' οὖν τάφοισι δέξασθαι νέκυς
Ὑφ' ἧς θανὼν ἄτιμος ὥςτε δυσμενὴς
Ἐμασχαλίσθη —.

Et Seneca Agam. v. 950.

Ille jam exanimem petit
Laceratque corpus; illa fodientem adjuvat.

Recte *lacerat*, μασχαλίζει. (ita enim interpretandus iſte locus.) Aſconius Verrina II. *Lacer dicitur amputatis a corpore ſenſuum membris, hoc eſt, auribus oculisve.* Virgil. Aeneid. VI. v. 494.

Atque hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora
Ora manusque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, et truncas inhoneſto vulnere nares." *Stanl.*

v. 431. ἅπερ νιν] Sic reſcripſi pro vulg. ἅπερ; *quo autem modo*, indigno ſcilicet, eum *interfecerat*, *eodem modo etiam ſepelivit.*

v. 437. οὐδενὸς ἀξία] Similiter queritur Electra apud Sophocl. El. v. 184 ſqq.

Ἀλλ' ἅπερεί τις ἔποικος, ἀναξία
Οἰκονομῶ θαλάμοις πατρὸς, ὧδε μὲν
Ἀεικεῖ σὺν στολῇ
Κενὰς δ' ἐφίσταμαι τραπέζας.

v. 438. μυχοῦ δ' ἄφερκτος] „Vel conqueritur ſe conclavi excluſam fuiſſe, cum interficeretur Agamemnon, quo minus facinus impediret; vel potius legerim μυχῷ δ' ἔφερ-

ἄφερκτος, poſt mortem ejus intra conclave concluſam, ne aliquid excogitaret ad ulciſcendam patris necem. Seneca Agam. v. 993.

Arripite, famuli, monſtrum, et avectam procul
Ultra Mycenas ultimo in regni angulo
Vincite ſeptam nocte tenebroſi ſpecus,
Ut inquietam virginem carcer domet.

Verba ſunt Clytaemneſtrae de Electra. Porro hujusmodi canis, quem vinctum ad aedes habebant, Artemidoro δέσμιος dicitur. Senecae *catenarius.*" Hactenus Stanlejus, qui tamen nihil attulit, quod ad rem faceret. Nempe Aeſchylus et Sophocles Electram fingunt a matre quidem negligenter et maligne tractatam, non autem, ut Euripides, domo prorſus ejectam, neque in vincula conjectam. Chryſothemis tantum apud Sophocl. Electr. v. 381 ſqq. Electrae minatur, ſi pergat libere vociferari, fore ut in carcerem conjiciatur, ubi ne ſolis quidem lucem viſura ſit. μύχω ὁ' ἄφερκτος itaque ſic interpretor: Queritur Electra, ſe ab interioribus aedium conclavibus e. c. cella penuaria, arceri atque excludi, noxiae canis inſtar. πολυσίνου κυνὸς per ſe quidem canis rabiem vel mordacitatem deſignare poſſet; h. l. tamen aptius eſt, *furacitatem* canis intelligere, quae cauſa eſt, cur ſaepe culinis aut cellis penuariis hoc genus animalium ejiciatur.

v. 440. κεκρυμμένα] Similiter Electra ap. Sophoclem v. 279. κλαίω — αὐτὴ πρὸς αὑτήν, οὐδὲ γὰρ κλαῦσαι πάρα, τοσόνδ' ὅσον μοι θυμὸς ἡδονὴν φέρει.

v. 443. τοιαῦτ' ἀκούων — ἡσύχῳ φρενῶν βάσει] Stanlejus intp. *haec audiens animo inſculpe, per aures vero trajice fermonem hunc in ſedatam animi baſin.* Eodem fere modo Heathius. Sed hac ratione inanis oritur tautologia. Nec injuria dubitari poteſt, an Aeſchylus vocabulum βάσις ſenſu mathematico poſuerit, quod alibi, apud eum, ut et apud Pindarum, Euripidem, ſemper *greſſum*

significat. Propius igitur ad mentem Tragici accessisse videtur Pauwius sic explicando: *Haec audiens animo infige; sermonem vero per aures acceptum sedato animi gressu perfora ac pertunde*, i. e. *sedato animo considera*. Vix tamen credibile est, Aeschylum loquutione: *perforare sermonem*, usum esse pro *diligentius considerare*. Mihi nunc quidem nihil melius in mentem venit, quam ut συμπερᾶνε legendum putem: *sermonem vero auribus exceptum perfice quieto mentis gressu*, i. e. quieta mentis agitatione, quod sane optime respondet versiculo τὰ δ' αὐτὸς ὄργα μαθεῖν.

v. 444. 445. τὰ μὲν γὰρ οὕτως ἔχει, respicit ea, quae ab Electra narrata erant, et quae Orestem memoriae suae inscribere jusserat; τὰ δ' αὐτὸς ὄργα μαθεῖν, *reliqua vero ut ipse intelligas enitere;* haec referuntur ad illa δι' ὥτου — βάσει, nostramque horum verborum interpretationem multum confirmant.

v. 448. ἆρα τίσει] Vulg. ἀρὰ *imprecatio*, *dirae;* et vertunt Stanl. *Patris vero ignominiam vindicta puniet.* Sed bene monuit Heathius, τίειν esse *poenam luere*, non *punire*, quod est τίεσθαι. Praeterea id quod Ἆρα h. l. notaret, jam significatur sequenti versiculo ἔκαττι μὲν δαιμόνων. Itaque verum est ἄρα. *Jam vero*, inquit Orestes, mater mea *ignominiam hanc patri illatam* graviter *luet*, *deorum quidem nutu*, *manuum vero mearum ministerio.*

v. 451. ἔπειτ' ἐγὼ νοσφίτας ὀλοίμαν] Sententia gravissimi sensus et affectus plena. Vel mortem non detrectat, modo patrem ultus fuerit; imo caede matris perpetrata mortem sibi optabilem pronuntiat. Similiter Electra apud Euripidem v. 281. θάνοιμι, μητρὸς αἷμ' ἐπισφάξασ' ἐμῆς.

v. 452. πρέπει — καθῆμεν] *Decet autem te, inflexibili animi robore eos aggredi.*

v. 454.

v. 454. 455. ἐγὼ δὲ — ἐπιῤῥοθεῖ] *Ego autem tibi accino lacrymans, totusque hic chorus sic acclamat.* ὧδε si genuinum est, optime refertur ad κεκλαυμένα, q. d. haud minus quam inter lacrymas. Sed fortasse legendum

Στάσις δὲ πάγκοινος ἅδ' ἐπιῤῥοθεῖ

und dieser ganze Chor stimmt mit ein. Sic τῇδε στάσει v. 111. Nec aliter legisse videtur Scholiastes ad h. l.

v. 457. Ἄρης Ἄρει ξυμβαλεῖ] *Mars Marti auxiliaberis, Vindex Vindici;* melius tamen fuerit ξυμβαλοῦ, qui quidem imperativus propinquis γενοῦ et κρανεῖτε respondeat; hoc sensu: *O pater, filii tui fortitudinem tua fortitudine subleva, ejusque ultionem justam tua ipsius vindicta haud minus justa corrobora.*

v. 459. Diligenter in hoc cantico observandum est, quod neglexerunt interpretes, Chorum duplici sensu animatum ista dicere. Partim enim Orestis causa optat, ut ei consilium occidendae Clytaemnestrae feliciter eveniat; partim tamen horret et abominatur diram matris a filio necandae necessitatem. Hinc intelligitur, cur horrore se correptum dicat, auditis Electrae precibus.

v. 462. Ὦ πόνος ἐγγενὴς] *O calamitas huic familiae insita!* καὶ παράμουσος ἄτης αἱματόεσσα πλαγὰ *et horrisona, perniciei sanguinolenta plaga!* Metaphora ab horribili flagellorum crepitu ducta.

v. 465. 466. Ἰὼ δυσστόν' ἄφερτα — ἄλγος] *O curae lamentabilem gemitum cientes, intolerabiles, o dolor vix unquam compescendus.*

v. 467 sqq. δώμασι δ' ἔμμοτον τῶνδ' ἄκος — *Aedibus autem hisce inhaerens horum malorum medicamentum nihil aliud esse, quam mutuas ipsorum non exterorum caedes, haec est sanguinolentarum sub terra dearum* i. e. *Furiarum hymnis dira perte dolor materia.*

v. 476. τρόποισιν οὐ τυραννικοῖς] cf. v. 428 sqq.

v. 478.

v. 478. *Φυγεῖν — μόρον*] Nihil in hoc verſiculo mutandum. Conſtructio verborum eſt: *Φυγεῖν (ἐμὲ) μέγαν μόρον, Αἰγίσθῳ προσθεῖσαν*; petit, ut ipſa mortem effugiat, eamque Aegiſtho inferat; non quod ipſa eum interfectura ſit, ſed quod caedem a fratre perpetrandam, quem in hac re conſiliis adjuviſſet, tanquam ſuum ipſius facinus ſibi attribuit.

v. 480. *ἔμπυρα κνισσωτὰ εὔδειπνα* ſunt *inferiae* ſ. *ſacrificia hoſtiarum nidore fumantia et cum epulis conjuncta.* Optimum enim videtur Canteri emendationem tenere.

v. 479 — 481. vulgo in edd. Electrae tribuebantur. Sed Oreſti aſſignandos eſſe, et carminis amoebaei ratio, et verſuum argumentum, et verſiculi 481. cum v. 477. comparati initium confirmat.

v. 486. Hermannus ad Vigerum de Idiotismis h. l. mavult *ὃς ὀ' ἔτ' εὔμορφον κράτος*. An Aeſchylus ſcripſerit *εὔμορφον* coepi dubitare. Forſan *εὔμοιρον*.

v. 488. *ὥ σ' ἐκαίνισαν*] Valckenario ad Eurip. Phoeniſſ. dualis hic placebat *ἐκαινέτην*.

v. 489. *πέδαις ὀ' ἀχαλκεύτοις*] Induſio illo exitum non habente, quo eum irretiebant. cf. Agam. v. 1123 ſq. 1393. Choëph. 973 ſq.

v. 490. *βουλευτοῖσιν ἐν καλύμμασιν*] Non eſt *in tegminibus turpiter excogitatis*, ut Stanl vertit; *αἰσχρῶς* enim refertur ad *ἐξηπεύθης*, et *βουλευτοῖσιν* eſt i. q. *ἐπιβουλευτοῖσιν*; *turpiter captus es in veſte inſidiarum plena.*

v. 493. *ἢ τοι Δίκην — ἢ τὰς —*] Niſi legere malis *Σύ τοι Δίκην — Καὶ τὰς* certe *ἦτοι Δίκην — καὶ τὰς* ſcribendum.

v. 498. *ἄρσενός θ' ὁμοῦ γόνου*] *ἄρσενος γόνου* pro *ἄρσενα γόνον* ab Aeſchylo dictum mihi non perſuadeo. Fortaſſe ſcribendum: *ἄρσενα σὸν ὁμοῦ γόνον.*

v. 501.

v. 501. κληδόνος] Vulg. κληδόνες Stanl. quasi *omina* interpretatur, quia liberi longiorem vitam auspicari videantur morientibus. Quod sane molestum est, et e longinquo arcessitum. Quod vero idem proponit κίονες σωτήριοι, provocans ad Euripidem

Σκύλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες,

id aeque absonum est; non enim vidit vir doctus, liberos quidem recte dici στύλους οἴκων πατρώων, non autem κίονας πατρὸς θανόντος. Maneo igitur in sententia sic esse legendum:

Παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κληδόνος σωτήριοι
Θανόντι.

Liberi enim hominis mortui famam et nomen servant. Si vero placeat vulgatum κληδόνες σωτήριοι, paulo durius dictum interpreteris necesse est, pro κληδόνα σώζοντες.

v. 502. Φελλοὶ δ' ὡς ἄγουσι δίκτυον] Similitudo novitate et aptitudine conspicua. *Idem praestant liberi parentibus, quod piscatoribus praestant suberes, qui ducunt rete, et contortum funiculum e fundo servant.* Simili comparatione utitur Pindarus Pyth. 2. 144 sq. (de quo vid. *Haschkium* de fabulis Archilochi p. 39.)

Ἅτε γὰρ εἰνάλιον πόνον ὀ-
χοίσας βαθὺ σκευᾶς ἑτέρας ἀβά-
πτιστός εἰμι, Φελλὸς ὡς
ὑπὲρ ἕρκος ἅλμας,

reliqui enim instrumento piscatorio in profundo maris piscationem sustinente, equidem immersabilis tanquam suber, in superficie maris nato. Sed in loco Aeschyleo suspectum est mihi ἄγουσι δίκτυον, suberes enim non tam *ducunt* rete, quam *sustinent*. Et sic fere Oppianus, *Halieut.* III. 371 sqq. ubi docet, qua ratione pisces, admoës dicti, capiantur.

Ἀδμῶσι δ' ἐπὶ κυρτὸν ὀπωρινὸν ὁπλίζονται
Οἰσύϊνον, μέσσοισι δ' ἐν οἰδμασιν ὁρμίζουσι

Νέρ-

Νέρθεν ἀναψάμενοι τρητὸν λίθον εὐναστῆρα
Φελλοὶ δ' ὀχμάζουσιν ἄνω δόλον - - -

ut hic ὀχμάζουσιν est *detinent*, ne scilicet nassa in fundo maris pereat; sic h. l. aptius videri possit

Φελλοὶ δ' ὡς ὀχοῦσι δίκτυον

sustinent rete.

ὡς ἄγουσι] „Eustath. in Iliad. 1. ὅπως ἀντὶ τοῦ καθὰ, ὡς τὸ· Φελλοὶ δ' ὅπως παρ' Αἰσχύλῳ et in Iliad. Σ'. Φελλοὶ ὅπως δίκτυον ἄγουσιν ἄνω, κατ' Αἰσχύλον, οὕτω καὶ τηλύδι ὧν κλέος ἔχει. Verum lapsus est memoria Eustathius, nam non ὅπως pro καθὰ hic sumitur, sed ὡς, neque metri lex τὸ ὅπως admittit." *Stanl.*

v. 502. 503. Φελλοὶ — λίνου] „Suberis similitudine utitur quoque Plut. de Sanitate tuenda, p. 127. c. οὐ δεῖ, inquit, — οὕτως ἐμπλήσαντας τὸ σῶμα καὶ βαρύναντας ὑποκαθαίρειν αὖθις καὶ ὑποκλύζειν, ἀλλὰ διατηρεῖν εὐσταλὲς, ὅπως, κἂν πιεσθῇ ποτε, Φελλοῦ δίκην ὑπὸ κουφότητος ἀναφέρηται. —" *Abresch.*

v. 503. κλωστῆρα — λίνου] „Legendum potius κλωστῆρα λίνου, tum quod ita alibi scribitur ut in Polluce, VII. 31. tum quod ita alii poëtae loquantur, ut Euripides apud Pollucem (ibid.), tum quod λίνον masculino genere Graeci non usurpant. Hos versus laudat Clemens Alexandr. Strom. l. 2. p. 422. aut his similes e Sophocle. Locus autem est corruptus, in hunc modum apud Clementem reformandus:

Παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κατθανόντι κληδόνες
Γεγᾶσι· Φελλοὶ δ' ὡς ἄγουσι δίκτυον
Τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σώζοντες λίνου.

Apud Clem. est λίνῳ. —" *Stanl.* Mihi Clemens memoria lapsus Sophoclem Aeschyli loco citasse videtur.

v. 505.

v. 505 ſqq. Vulgatam lectionem

Αὐτὸς δὲ σώζῃ τόνδε τιμήσας λόγον.
Καὶ μὴν ἀμομφητὸν δέ τινα τὸν λόγον
Τίμημα τύμβου τῆσδ' ἀνοιμώκτου τύχης.

Stanlejus, qui pro τινὰ tacite ſubſtituit τίμα, ſic vertit: *ipſe vero ſervaris hunc honorans ſermonem; et quidem inculpatum hunc ſermonem honora, honorem indeploratae tumuli fortunae.* Quam inficeta autem haec ſint, et parum concinna, quivis, ut opinor, facile ſentiat. Heathius transpoſitionem verſiculorum et perſonarum tentat hoc modo:

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἄκου' ὑπὲρ σοῦ τοιάδ' ἐστ' ὀδύρματα.
Τίμημα τύμβου, τῆς τ' ἀνοιμώκτου τύχης.
Αὐτὸς δὲ σώζῃ τόνδε τιμήσας λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μὴν ἀμεμφῆ τόνδε τιμᾷ τὸν λόγον.

deinde haec ita explicat: OR. *Audi, tua enim gratia fiunt hi queſtus, in tumuli compenſationem, et infortunii tui nondum defleti. Ipſe vero ſalutem obtines hunc honorans ſermonem.* CHOR. *Et quidem ſermonem hunc abſque reprehenſione honorat ille:* id eſt, nullum indicium edit, quo teſtetur hunc ſermonem ſibi displicuiſſe, adeoque eum probare jure cenſendus eſt Agamemnon. At ne hoc quidem commentum, nimis et a textu et a ſententiae perpetuitate discedens, ejusmodi eſt, ut ad aſſenſum invitet. Canterus nihil aliud affert, quam ut verſum 507. ita refictum:

Καὶ μὴν ἀμεμφῆ τόνδε τίμα τὸν λόγον

Choro tribuat. Correctionem probavit etiam Dorvillius ad Charit. VIII. 7. Sed haec parum valent ad ſcrupulos, quibus hic locus afficitur, eximendos. Itaque verſu illo καὶ μὴν ἀμομφητον δὲ τινα τὸν λόγον, tanquam fictitio ut jam olim ſuaſeram, ejecto reliqua optime emendavit Herman-

mannus in obſervationibus criticis ita ut σώζει cum ἀνοιμώκτου τύχης conſtruatur.

v. 507. τὰ δ' ἄλλα] Precibus jam finitis Electra ad fratrem convertitur: *Quod reliquum eſt, quoniam animo jam erectus es ad facinus aggrediendum, fac, quaeſo*, quod inſtituiſti, *et experire fortunam.*

v. 509 ſqq. Pulcherrime et pro aetatis iſtius opinionibus aptiſſime inſtituit Aeſchylus, ut Oreſtes molliſſimo anfractu deduceretur, ad cauſam inferiarum a matre miſſarum indagandam, eaque ratione viſum nocturnum, quod in terrorem eam conjeciſſet, narrari audiret, cujus deinde interpretatione mirum in modum confirmaretur.

v. 509. ἐξω ὁρόμου] proverbialis locutio, *non eſt alienum a conſilio*, ſeu ab iſta re, quam tractamus. Sic Pindarus de digreſſione in carmine lyrico eleganter Pyth. XI. 61. πλόου ἔξω ἔβαλε μέ τις ἄνεμος.

v. 511. τιμῶσ' ἀνήκεστον πάθος] τιμᾶν h. l. de diligentia in curando morbo polita; cui contrarium eſt negligere morbum, parvi pendere. Senſus: *ſcire aveo, quid matri in mentem venerit, ut jam, fero quidem, curare quodammodo velit inſanabile malum?*

v. 513. θανοῦντι δ' οὐ φρονοῦντι] Haec illuſtrantur ſimili loco apud Sophoclem Electr. v. 407 ſqq. v. 444 ſqq.

v. 518. οἰὸ', ὦ τέκνον] Perperam Abreſchius hic *nutricem* loqui fingit; quae infra demum in ſcenam venit. Eſt potius una ex Choricis mulieribus, quae ſomnium Clytaemneſtrae narrat.

v. 519. νυκτιπλάγκτων ὀνειράτων] *terroribus, qui eam noctu oberrare cogerent.* Aliter informavit Clytaemneſtrae ſomnium Sophocles Electr. v. 402 ſqq.

πεπαλμένη] *concuſſa, graviter agitata, perculſa.*

v. 528.

v. 528. οὔθαρ] Hanc lectionem video *Valkenario* quoque placuisse, cui in his rebus plurimum tribuo; diatr. in Eurip. fragm. p. 286. „In Aeschyli Choëph. v. 528. inquit, genuinae, quae tantum conjungi debuerant, literae οὔθαρ in οὐκ ἄρ' (ut εἰδαρ in εἰδ' ἄρ' in versu 460. Maximi περὶ καταρχῶν) ut puto transiere. Legendum arbitror

Καὶ πῶς ἄτρωτον οὖθαρ ἦν ὑπὸ στυγός;

et quomodo mamma, quam draco fugebat, manfit invulnerata. Clytaemnestrae mammam v. 541. μασθὸν dictam hic non frustra, tanquam de bellua loquens, dixerat οὖθαρ." Hactenus V. Cl. Cui prorsus assentior, nisi quod post καὶ πῶς interrogandi signo posito paullo aliter converto Orestis quaestionem: *Et quomodo?* (Vel: Quid narras?) *Manfitne mamma ab odioso animali invulnerata?* Sic enim responsio melius aptatur: Ὥστ' ἐν γάλακτι — Scilicet tantum abfuit, ut invulnerata maneret, *ut potius draco una cum lacte grumum fanguinis educeret.*

ὑπὸ στυγὸς] Donec exemplum afferatur, vocabulum στυξ usurpatum fuisse de serpente, aut omnino de animali noxio, legendum arbitror ὑπὸ στύγους. Notum est enim στύγος de *re* aut *persona* odiosa frequenter adhiberi. Et Schol. expl. τοῦ μισητοῦ θηρίου.

v. 529. ἀνδρὸς ὄψανον] *visum ei a marito immissum.* Sic ap. Sophocl. El. v. 452 sq.

οἶμαι μὲν οὖν, οἶμαί τι κακείνῳ μέλον
πέμψαι τάδ' αὐτῇ δυσπρόσοπτ' ὀνείρατα.

v. 531. ἀνῆθον] Optime sic emendavit Wakefieldus *Faces per noctem extinctae iterum incendebantur.* Sophocl. Aj. 286. ἔσεροι λαμπτῆρες ἔτ' ἦθον.

v. 533. κηδείους χοάς] ἐντάφια dixit Sophocl. El. 320. οἷα τᾶς κάτω νομίζεται. Idem v. 398. ἔμπυρα et v. 399. χοάς.

v. 534. ἄκος τομαῖον ἐλπίσασα πημάτων] Sperat se horum malorum remedium inveniſſe. Ut dicitur ἄκος τέμνειν pro reperire medicamentum. Sic τομαῖον ἄκος πημάτων, quod Eurip. Hipp. 600. ſimpliciter ἄκος πημάτων dixit.

v. 537. ὧδε] Sic pro vulg. ὥςτε reſcripſi. *Judico autem illud ſomnium hoc modo* (quem jam explicaturus eſt Oreſtes) *bene congruere.* Abreſchius quidem, οὕτως poſt νιν ſuppreſſum exiſtimans, hunc ſenſum e vulgata lectione elicit: *Quapropter ita conjecto et interpretor ſomnium, ut conveniat et cohaereat cum rebus, quas continet.* At hoc duriuſculum eſt, et ſuſpicionem movet interpretis non ſenſum e ſomnio quodam elicientis, ſed potius interpretationem, quo jure quave injuria ad ſomnium accommodantis.

v. 539. Ὄφις, ἅτε παῖς, ἐν σπαργάνοις ὡρμίζετο,] Sic emendavi vulgatam lectionem, ὄφις τε πᾶσιν σπαργάνοις ὡπλίζετο, quae librarii corruptelam manifeſte prodit. Planiſſime congruit cum v. 525.

ἐν σπαργάνοισι παιδὸς ὁρμίσαι δίκην.

ὡπλίζετο vel ex gloſſa, vel ex errore deſcribentis librarii oriri potuit.

v. 543. ἔκπαγλον τέρας] idem quod antea στύγος, ut vel hac formula lectio, quam commendavimus, ὑπὸ στύγους, confirmetur.

v. 549. τήνδε μὲν] Hoc praeceptum ad Electram pertinet, quo ducitur Oreſtes ad univerſum conſilium de caede Aegiſthi exſequenda exponendum v. 555 ſqq. Tum v. 574. repetit monitum Electra datum; v. 577. autem Choro praecipit, quae ipſum agere velit. Similia ap. Sophoclem El. 39. praecipiuntur παιδαγώγῳ.

ἁπλοῦς ὁ μῦθος] *Non eſt multis verbis opus; paucis explicari poteſt, quid fieri a vobis velim.*

v. 552.

v. 552. ἢ καὶ Λοξίας ἐφήμισεν] Dolo, non vi aperta occidendam esse Clytaemnestram ap. Sophoclem quoque El. 36. Apollo praeceperat.

v. 554. ἀψευδὴς τὸ πρὶν] cf. Eumenid. v. 612. „Alibi noster a Platone laudatus de Rep. I. II.

Καγώ τε Φοίβου θεῖον ἀψευδὲς στόμα
Ἥλπιζον εἶναι μαντικῇ βρύον τέχνῃ.

Virgil. Aeneid. VI.

— *namque mihi fallax haud ante repertus*
Hoc uno responso animum delusit Apollo.
—" *Stanl.*

v. 555. παντελῆ σάγην ἔχων] „Viatoris scilicet. Σάγη proprie ὅπλισις, vestis militaris, quo sensu bis usus est noster Sept. adv. Theb. v. 125. et Pers. v. 240. — Inde metaphorice pro quovis habitu externo. In Rhesο, dramate inter Euripidea servato, v. 207. Chorus ita loquitur

Λέξον, τί δ' ἔσται τοῦδε σώματος σάγη;

corporis tegumentum; cui respondet Dolon

Λύκειον ἀμφὶ σῶμα θήσομαι δορᾶν.
—" *Stanl.*

v. 557. ξένος τε καὶ δορύξενος δόμων] „*hospes et amicus aedium.* δορύξενοι proprie dicti, qui de hostibus amici facti. Generalius pro amico quovis accipitur. Eurip. Med. v. 687.

Κἀμοὶ δὲ πάντων φίλτατος δορυξένων.
—" *Stanl.* δορύξενος h. l. tamen accipitur pro eo, qui non ipse quidem jure hospitii cum domo quadam conjunctus est, sed tamen, quia hospitis armorum socius est, propterea una cum eo, tanquam si ipse hospitii jure uteretur, benevole excipitur.

v. 560. κεἰ δή] Valkenarii emendatione pro vulg. καὶ δή, *et si forte nemo janitorum benevolo animo nos excipiat,*

piat, quod facile fieri poſſit, quia univerſam domum ex tot malis inſanire credibile eſt, manebimus ita, donec aliquis forte praetereuntium perſentiſcat.

v. 561. ὀαιμονᾷ] Significat ſervulos quoque ſic exaſperatos Aegiſthi tyrannide, ut etiam in peregrinos moroſiores ſint.

v. 566 ſqq. εἰ δ' οὖν ἀμείψω] *Itaque ſi transgreſſus fuero portae aulicae limen, eumque in ſolio patris ſedentem invenero, vel is etiam deinceps accedens me alloquatur, et oculos in me conjiciat.* Pro ἔπειτα Wakefieldus in ſylva critica Cantabr. edita P. III. p. 153. corrigit ἐνάντα, quod ſane non ſpreverim; ſed concedere ei non poſſum μοι in μου et ἐρεῖ cum Pauwio in ἔρπει mutanti.

βηλὸν ἕρκειον πυλῶν] Planior utique conſtructio poſtulat βηλὸν ἑρκείων πυλῶν, quod Stanl. mavult, comparatis v. 556. 647. Attamen haec enallage ſtructurae Tragico noſtro non eſt inuſitata.

v. 567. ἐν θρόνοισιν πατρὸς] In quibus Aegiſthum ſedere queritur Electra ap. Sophocl. v. 262.

v. 574. τρίτην πόσιν] Ambiguum eſt, quomodo tres caedes in domo Agamemnonis factas, ſeu tres illos *ſanguinis hauſtus quaſi poculis epoti* numeret. Comparato tamen Chori carmine, quo haec tragoedia finitur, videri poteſt primo loco numerari coena Thyeſtea, ſecundo Agamemnonis caedes, tertio Clytaemneſtrae et Aegiſthi ſupplicium, v. 1058 ſqq. Scholiaſtes tamen primum ſanguinis hauſtum de Agamemnonis caede, alterum de Aegiſthi, tertium de Clytaemneſtrae caede accepit.

v. 575. ἀρτίκολλα] Heſych. Ἀρτίκολλα, ἡρμοσμένα.

v. 578. τὰ δ' ἄλλα] Stanlejus, praeeunte Scholiaſte, haec verba ad Pyladem refert. Et ſane commodum ſenſum praebent ſic reddita: *Quod reliquum eſt hunc* (Pyladem) *huc reſpicere jubeo, dum ego gladiatorio hoc certamine*

mine defungor. Quia tamen ἐποπτεύειν apud Aeſchylum ſemper, ſi recte memini, de diis uſurpatur, haud ſcio an poëta ſcripſerit

Τὰ δ' ἄλλα Φοῖβον δεύρ' ἐποπτεῦσαι λέγω
Ξιφηφόρους ἀγῶνας ὀρθώσαντα μοι.

Quod reliquum eſt, Apollinem precor, ut huc reſpiciat et huic gladii mei certamini felicem ſucceſſum praebeat.

IN SCENAM III.

v. 580 — 648.

Oreſte et Pylade digreſſis, ad ſumendum corporis habitum, conſilio convenientem, Electra autem aedes regias ingreſſa, Chorus hoc cantico hominum audaciam, inprimis vim amoris omnia, quae ſint in rerum natura terribilia, ſuperare ſignificat, idque Althaeae et Scyllae exemplis declarat, quibus ad novum Clytaemneſtrae facinus deducitur, omninoque in malitia hominum deploranda, annunciandaque Agamemnonis interfectoribus numinis vindicta ſubſiſtit.

v. 580 — 597. πολλὰ — καὶ βροτῶν] Primam hanc ſtrophain cum antiſtrophe hoc modo transtulit Stanlejus: *Multa quidem aër nutrit horrenda et terribilia, marinaeque ulnae animalia adverſa mortalibus producunt, naſcuntur etiam mediae* (inter coelum et terram) *lampades excelſae, volucresque et pedeſtria* (animalia) *et ventoſarum procellarum iram conſidera. Sed audaciſſimam viri mentem quis animo concipiat, et mulierum infelicium, et in omnia audaces amores mortalium noxis aequales, conjugalesque cohabitationes? Mulieribus imperans amor inamabilis vincit et beſtias et homines.* Jam multo melius Heathius, qui vidit, in lectione γ' ἀλῆρ, quae fluxit ex Turnebiana, latere *telluris* vocabulum, intellexitque, verſum συζύγους θ' ὁμευλίας non interrogationis nota, ut fit, appoſita ad priora retrahendum, ſed potius arctiſſime cum ſequenti-

bus copulandum esse. Unde subnata est haec interpretatio: *Multa quidem terra nutrit, quae terrorem horribilem incutiunt, marinaeque ulnae plenae sunt ferarum hominibus inimicarum, emicant etiam inter coelum et terram fulgura sublimia, atque animalia et volucria et pedestria ventosarum procellarum horrent* (φρίσσει pro vulg. φράσαι repositio) *rabiem. At quis enarret virorum immanem audaciam et mulierum animis audacium, et quidlibet audentes mortalium amores calamitatibus contubernales? Conjugales vero consociationes pecudum atque hominum evertit cupido pervicax* (e Pauwii conjectura, ἀπέρωπος emendantis) *feminarum dominator.*

Sane multum profuit huic cantici particulae Heathii studium; haud pauca tamen superfunt nobis expolienda. Quid enim v. 581. est δεινὰ δειμάτων ἄχη, ut vulgo legitur? Quis ferat latine ita loquentem, *terribiles terrorum angores?* Quis delectetur numeris hisce similiter cadentibus βροτοῖσι πλάθουσι βλαστοῦσι? quomodo fulmina dicantur βλαστεῖν? Itaque paucis in stropha et antistropha correctis hic efficitur sensus nulla scabritie impeditus. *Multa quidem terra nutrit miracula terrorum metuenda, marinique recessus belluarum hominibus infestarum sobole pleni sunt et repentinas sublimes* fulminum *faces nec non ventosarum procellarum rabiem exhorrent volucria et quadrupedia. Sed immodicam virorum audaciam quis enarret? et mulierum quidlibet audentium? et infelices amores mortalium calamitati conjunctos? Scilicet domesticam quoque consuetudinem in animalibus pariter atque hominibus vincit infaustus amor muliebri animo imperans.*

v. 581 sq. γᾶ] Ita emendavi vulg. γᾶς ἀήρ; id enim et metro versus antistrophici convenit, et ad scripturam vett. codd. et editionum propius accedit, in quibus legitur γᾶς τρέφει. δεινὰ δειμάτων ἄγη bene dicere potuit Aeschylus; ἄγος enim de quavis re admirabili et stupenda dicitur. Nondum tamen me poenitet alterius

rius conjecturae, qua ſuſpicatus eram, poëtam ſcripſiſſe δεινὰ δειματοῦν δάκη belluas immaniter terribiles ut enim δεινὸς λέγειν eſt *eloquentia potens*, ſic δεινὸς δειματοῦν eſſet *terrore potens*.

v. 584. πλάθουσι βλάσταις] Βλάστη non ſolum de plantarum germinibus, verum etiam de animalium hominumque foetu ac ſobole ponitur. Sic v. c. apud Plutarch. conſ. ad Apoll. Niobe in verſiculis ex antiquo Tragico (ipſo fortaſſe Aeſchylo) depromtis appellatur βλάσταις τέκνων βριθομένα.

πεδαιφνίους] „Vulg. πεδαίχμιοι pro μεταίχμιοι Aeolice. Heſychius Πέδα μετά. Alcman apud Hephaeſtionem

αἶαν ἄριστον πέδ' Ἀχιλλέα.

Ita apud Pindarum πεδαμείβομαι, πεδέρχομαι, et πεδαφρών. Et πεδέχω in Alcaeo apud Hephaeſtionem

ἐμὲ δειλάν, ἐμὲ πασᾶν κακοτάτων ποδ' ἐχοίσαν.

lege πεδέχουσαν, pro μετέχουσαν." Hactenus Stanlejus. Nec profecto, quo minus pro μεταίχμιοι ſcribere potuerit Aeſchylus πεδαίχμιοι, quisquam repugnabit. Sed quid ſignificent πεδαίχμιοι λαμπάδες, magna quaeſtio eſt. Quis *medias faces ſublimes* intelligat fulmina? Mira eſſet ellipſis, ſi quis cum Stanlejo ſuppleri vellet, *inter coelum et terram*. Quaerendum igitur eſt aliud epitheton, quod *fulmini* melius conveniat. Ad ſcripturae veſtigia proxime accedit πεδαίφνιος, pro μεταίφνιος, *repentinus* quod eſt apud Heſychium. Ubi de terrore fulminis agitur, nihil fere aptius eſt, quam *repentinae* ejus apparitionis mentionem facere, qua maxime ſcimus et animalia et homines perterreri. Λαμπὰς de *fulmine* ap. Eurip. Bacch. 594. ἅπτε κεραύνιον αἴθοπα λαμπάδα. Sic *triſulca mundus ardeſcit face* Senec. Hippol. v. 681. Semper tamen, ubi ſic ponitur λαμπάς, cum epitheto aliquo fulmen perſpicue ſignificante conjungatur neceſſe eſt. λαμπάδας igitur πεδαιφνίους καὶ πεδηφόρους, praeſertim in vicinia *procella-*

rum, nemini ambiguas esse puto, quin statim fulmina agnoscat.

v. 587. κἀνεμοέντων] Haud dubie librarius errore quodam feminini generis formam, quam sequens αἰγίδων poscit, in masculinam detorsit.

v. 589 sqq. ἀλλ' ὑπέρτολμον — In hac antistrophe signo interrogationis post λέγου in comma mutato, lectionemque βοτῶν pro βροτῶν ex edit. Rob. revocando, quicquid supererat offensionis sustulisse nobis videmur. *Sed* omnium istorum, quae v. 580 sqq. enarraverat vim et violentiam *audacium virorum* et *mulierum quidlibet audentium superare aliquis dixerit; infelicesque amores mortalium flagitiis conjunctos. Certe ferarum et pecudum connubia, furiasque ex illis vincit amor immanis muliebrem animum domans.*

v. 592. καὶ παναθλίους] Vulgatum παντόλμους nec antithetici versus metro respondet, et cum praecesserit ὑπέρτολμον, vix est credibile Aeschylum verborum minime inopem h. l. iterum adjectivo a verbo τολμᾶν derivato usum esse. παναθλίους, quod recepi, nec a metro, nec a sensu abhorret; idque sequentibus verbis ἄταις συννόμους βροτῶν magis declaratur.

v. 594. Συζύγους ὁμαυλίας κνωδάλων τε καὶ βοτῶν — Haec ad furias venerei ardoris in animantibus referenda, de quibus Virgil. Georg. III. 242 sqq.

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque
Et genus aequoreum, pecudes pictaeque volucres
In furias ignemque ruunt, amor omnibus idem.

v. 599 sqq. Meleager quum aprum Calydonium una cum lecta juvenum manu (quos nominatim recensetOvid. Metam. VIII. 300 sqq.) adortus, et quoniam ejus praecipua in hac pugna virtus enituisset, apri exuviis praemii causa donatus esset, Atalantam Schoenei filiam, ipsam quo-

quoque venationis ſociam, amore ductus hisce ſpoliis ornavit. Quem honorem cum Meleagri avunculi, Theſtii filii, matris Althaeae fratres puellae invidiſſent, per vim ei munus eripiunt, propterea que a Meleagro occiduntur. Quam fratrum caedem aegerrime tulit Althaea, filioque mortem, vel ut Homerus narrat Iliad. IX. 562. imprecationibus, vel ut recentiores perhibent, mirabilem illum titionem, cujus a conſervatione filii vita pendebat, comburendo acceleravit. Nempe ſecundum Ovidium Metam. VIII. 451 ſqq.

Stipes erat, quem cum partus enixa jaceret,
Theſtias, in flammam triplices poſuere ſorores,
Staminaque impreſſo fatalia pollice nentes
Tempora, dixerunt, eadem lignoque tibique,
O modo nate, damus. Quo poſtquam carmine dicto
Exceſſere deae, flagrantem mater ab igne
Eripuit torrem, ſparſitque liquentibus undis.

Hanc igitur fabulam, etiam Apollodoro lib. I. c. 8. et Diodoro Siculo lib. IV. c. 34. memoratam hic ſequitur Aeſchylus.

v. 602. πυρδαῆ πρόνοιαν] *aſtutiam in comburendo* illo titione *ſpectatam*. Audax eſt verborum compoſitio, ſed ab ingenio Aeſchyleo haud aliena, ut lectio Turnebiana πυρδαὴς minime revocanda ſit.

v. 603. δαφοινὸν] Stanl. vertit *cruentum*, et in notis exponit *candentem*. At hoc ferri non poteſt. Reddendum potius eſt *torrem ſanguinarium*, h. e. mortis Meleagri, dum comburebatur, auctorem, quemadmodum Ovidius *funereum* dixit, Metam. VIII. 511.

funereum torrem medios conjecit in ignes.

aut ſi hoc tibi catachreſticum videatur, videas an legendum potius ſit παιδὸς δαφοινοῦ, *cruenti filii*, h. e. Meleagri ſanguine avunculorum Althaeae fratrum polluti.

v. 604. ἥλικα] quia hujus titionis conservatio cum Melagri recens nati salute conjungebatur, recte poterat Meleagri *aequalis* dici.

v. 605. Εὐμμετρον — ἦμαρ] Sic Ovidius de hoc titione l. l. v. 458 sq.

Ille diu fuerat penetralibus abditus imis
Servatusque tuos juvenis fervaverat annos.

v. 608 sqq. De Scylla, Nisi Megarensium regis filia, duplex est fabulorum series. Alii narravere, quum Minos Cretae rex Megara urbem obsideret, Scyllam a Minoë aureo monili corruptam, Niso patri capillum abscidisse, a cujus conservatione vita ejus esset suspensa. Sic Apollodorus III. 15. 8., qui tamen doni illius mentionem haud facit. Alii, ut Ovidius Metamorph. lib. VIII. et Virgilius in Ciri, amore Minois captam fuisse Scyllam perhibent, purpureum in Nisi vertice capillum urbi et regno fatalem fuisse, adeo ut Megara capi non possent, quamdiu ille incolumis maneret. Hunc igitur capillum clam a patris capite abscissum Scyllam Minoi tradidisse.

Nam capite a summo regis, mirabile dictu,
Candida caesaries, florebant tempora lauro,
At roseus medio fulgebat vertice crinis,
Cujus quam servata diu natura fuisset
Tam patriam incolumem Nisi regnumque futurum
Concordes stabili firmarunt numine Parcae.
Cir. 220 sqq.

v. 610. ἐχθρῶν ὕπερ] *inimicorum gratia;* Vulg. ἐχθρῶν ὑπαὶ esset *hostibus patriam obsidentibus.*

v. 611. φῶτα — φίλον] *virum summa caritate sibi conjunctum*, h. e. patrem. φίλον opponitur τῷ ἐχθρῶν.

v. 614. ἀθανάτας τριχὸς] *capilli immortalitatem Nisi, si servatus fuisset, conciliaturi.*

v. 615.

v. 615. νοσφίσασα] „ſpolians. Ovid Met. VIII. 85.

fatali nata parentem

Crine ſuum ſpoliat; unde ei nomen (ibid. v. 151.)

Ciris, et a tonſo eſt hoc nomen adepta capillo." Stanl.

v. 617. κιχάνει δέ μιν Ἑρμῆς] Male Scholiaſtes, quem Heathius quoque ſequitur, ad Niſum refert. Niſum enim capillorum furto mortuum eſſe, jam v. 612. ſatis declaratum erat. Multo magis attinebat Scyllae poenam hic tribus verbis memorare, quod Chorum odio facinoris incenſum, et nunquam non vindictae divinae cogitatione erectum maxime decebat. Sed quid ſignificat *Mercurium eam affectum eſſe?* Vulgo accipiunt de *morte*, quia Mercurius eſt πομπαῖος *animarum deductor;* Pauwius autem ad Mercurium lucrorum praeſidem retulit, quod cur Heathius adeo faſtidioſe ſpernat, non video. Cum enim Tragicus memoraſſet Scyllam aureo monili, adeoque lucri potius cupiditate, quam amore ductam parricidio ſe contaminaſſe, quidni Chorus hoc ſarcaſmo narrationem concludat: *Sed aſſecutus eſt ipſam lucro inhiantem Mercurius lucrorum praeſes, eamque gravi damno mactavit.* Ceterum de Scyllae poena cf. Virgil. Cyr. v. 389. et quos ibi laudat Heynius V. C.

v. 618 ſqq. ἔπειτ' ἐπιμνησόμεσθ' ἀμειλίχων πόνων] *Deinde autem memorabimus immitium aerumnarum ſummas, exoſum* Clytaemneſtrae et Aegiſthi *connubium, aedibus abominandum, aſtuta vero mulieris conſilia adverſus virum armipotentem, adverſus virum hoſtibus* ob fortitudinem *et inviſum, et venerandum, jam vero infelicem muliebri gladio poenas pendentem foci domeſtici haud accenſi.*

ἔπειτ' ἐπιμνησόμεσθ'] Futurum tempus vulgato ἐπεμνήσαμεν praeferendum eſſe, ſimile antiſtrophes ſecundae initium docet. ἄλλαν δεῖ τιν' ἐν λόγοις στυγεῖν.

v. 619.

v. 619. ἀμειλίχων πόνων ἀκραίους] Ut ſupra calamitas domus Agamemnoniae dicebatur πόνος ἐγγενής. Vulgatum ἀκαίρως, quoquo te vertas ἄκαιρον eſt.

v. 619. 620. τὸ δυσφιλὲς γαμήλευμ' ἀπεύχετον δόμοις nihil aliud ſignificare, quam Clytaemneſtrae et Aegiſthi illicitos amores vel exinde patet, quod ejus mentionem Chorus amittere non poterat, ut locum communem de vi amoris muliebris hoc etiam exemplo confirmaret.

v. 623. δόμοισιν ἐπίκοτον σέβας *majeſtas hoſtibus inviſa* dicitur. Agamemnon, quem ſcil. Trojani oderant ut hoſtem, reverebantur autem ut imperatorem fortem et bellicoſum. Sic idem alibi σέβας ἄμαχον ἀδάμαντον appellatur. Alias ἐπίκοτος apud Aeſchylum ſignificat *iratus*, *infenſus* ut Prometh. v. 162. Sept. adv. Theb. v. 791. quem ſenſum ſi quis hoc quoque loco praetulerit non repugnabo. Scholiaſtes tamen ἐπικότῳ interpr. φοβερῷ.

v. 624. ἑστίᾳ δόμων ἀθέρμαντος] reſpicit conjugium ab Agamemnone partim ob longam abſentiam neglectum, partim peregrinarum concubinarum amore laeſam, quae res adumbratur imagine ignis in foco domeſtico per negligentiam aut contemtum exſtincti. *Focus* enim non *accenſus* eſt neglectus. Sic Auguſtus teſte Quintiliano VI. 3177. nuntiantibus Tarraconenſibus palmam in ara ejus enatam, *apparet*, inquit, *quam ſaepe accendatis*. Contra fidem amaſii ſui Aegiſthi laudans Clytaemneſtra Agam. v. 1446. ait:

Ἕως ἂν αἰθὴρ πῦρ ἐφ' ἑστίας ἐμῆς
Αἴγισθος, ὡς τὸ πρόσθεν εὐφρονῶν ἐμοί.

vero Clytaemneſtram adulterium ſuum, et mariti caedem odio fidei conjugalis ab eo laeſae tribuere voluiſſe, perſpicue intelligitur ex Agam. v. 1449 ſqq. Ceterum nuper h. l. Hermannus ad Vigerum de idiotiſm. p. 803. hoc modo conſtitutum:

Ἐπεὶ δ' ἐπεμνησάμην ἀμειλίχων
πόνων (ἀκαίρως δὲ δυσφιλὲς γαμή-

λευμ'

λευμ' ἀπεύχετον δόμοις
γυναικοβούλους τε μητίδας φρενῶν
ἐπ' ἀνδρὶ δ᾽ οἷοις ἐπικλυτῷ σέβας
τίειν ἀθέρμαντον ἑστίαν δόμων
γυναικείαν τ' ἄτολμον αἰχμάν)
κακῶν δὲ πρεσβεύεται τὸ Λημνίον λάγῳ.

Sic interpretatur: *Quandoquidem immitia memoravi mala (intempeſtiva enim pietas foret, ſi neglecta domus coleret inamabile connubium, exſecrabile aedibus, et femineæ arte ſtructas viro bellatori, viro apud hoſtes claro, inſidias et imbellem muliebrem hoſtem) eminens inter mala celebratur Lemnium*, quae ratio tamen, ob perplexam verborum ſtructuram, ſententiasque partim contortas et a propoſito alienas mihi minime placet.

v. 625. ἄτολμον αἰχμὰν quum ſignificat *imbellem gladium*, ſeu *minime audacem*, perſpicuum eſt, hoc de Clytaemneſtra dici non poſſe, quippe quae gladio nimis etiam audacter uſa eſſet in maritum. Quare Agam. v. 1242. non ſine quadam admiratione dicitur

Τοιαῦτα τολμᾷ θῆλυς, ἄρσενος φονεὺς ἔστιν.

Accedit quod totum hujus carminis argumentum verſetur in audacia mulierum amore concitarum exemplis illuſtranda; ut vel propterea hic abſonum fuiſſet gladium Clytaemneſtrae ἄτολμον vocare. Nullum igitur dubium eſt, quin hoc vocabulum in mendo cubet.

v. 626. κακῶν δὲ — τὸ Λήμνιον] „Satis nota eſt immanis illa mulierum Lemniarum in maritos crudelitas. Unde Pindarus Pyth. Od. 4.

Λημνιάδν
τ' ἔθνει γυναικῶν ἀνδροφόνων.

Orph. Argon. 470.:

Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ τόθι περ κακὰ ἔργα μεμήλει
Θηλυτέραις.

Rem

Rem narrant Scholiastes Pindari et Scholiastes Apollonii in lib. I. Argonaut. Similis est alia virorum crudelitas, hujus quasi ἀντίποινος, quam fuse narrat Herodotus lib. VI. paucis vero perstringit Eustathius ad Dionysium Afrum. Καὶ ἡ Λῆμνος δέ ποτε (inquit) ᾠκεῖτο ὑπὸ Πελασγῶν, ἐξ ὧν Λήμνια παροιμιάζονται κακὰ διὰ τοὺς φόνους οὓς ἐποίησαν, γυναῖκάς τε κτείναντες αἰχμαλώτους ἀδίκως καὶ παῖδας οὓς ἐξ αὐτῶν ἐτεκνοποιήσαντο. Pelasgi multas Athenienſium mulieres rapuerunt, et cum iis in Lemnum abierunt; cumque jam ipſis filii naſcerentur, eos Pelaſgi ad unum omnes cum matribus interfecerunt, veriti ne aliquando viri facti Athenienſium injurias ulciſcerentur. Ab hac et mulierum et virorum immanitate nata illa apud Heſychium, Suidam et Euſtathium proverbia Λήμνια κακά· Λήμνια χείρ· τὸ Λήμνιον βλέπειν, aliaque. Herodotus: Λήμνια ἔργα ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα πάντα τὰ σχέτλια νενόμισται καλέεσθαι. —" *Stanl.*

κακῶν δὲ πρεσβεύεται] *Inter omnia immania facinora maxime omnium ſermone celebratur Lemnium, et cum abominatione deploratur; hoc autem* (Clytaemneſtrae) *grave facinus haud immerito poſſit aliquis cum Lemnio comparare.* Nimirum v. 629. et 630. ut et metro et ſententiae ſatis fiat, reſcribendum eſt

εἰκάσαι δέ τις
Δεινὸν τόδ' ἂν Λημνίοισι πήμασι.

v. 630. Θεοστυγήτῳ δ' ἄγει] Sic ſine dubio legendum pro vulgata ἄχει. Nempe ἄγος piaculum, ſcelus, quo quis ſe contaminavit, recte dicitur θεοστύγητον, non idem ἄχος, *calamitas.* Jam ſequentia etiam melius cohaerent. *Piaculis autem deo exoſis genus mortalium inhonoratum perit. Nemo enim id, quod diis inviſum eſt, colit.* Θεοστύγητον ἄχος Heathius invita linguae analogia interpretabatur *calamitatem ex odio deorum ortam.*

v. 634.

v. 634. Τῷ δ' ἄγχι πλευμόνων ξίφος] Τῷ refertur ad Θεοστύγητον γένος, adeoque respicitur Clytaemnestrae et Aegisthi caedes ab Oreste iis inferenda.

ἄγχι πλευμόνων] „Eurip. Ione 766.

διανταῖος ἔτυπεν ὀδύνα με
Πνευμόνων τῶνδ' ἔσω.

—" *Stanl.*

v. 635. ὀξυπευκὲς] Hesych. Ὀξυπευκές, ὀξύπικρον.

v. 637. Δικὶ δίκας] Eadem imago, qua nihil potest esse sublimius, paulo aliis coloribus informata recurrit infra v. 940 sqq.

v. 638. τὸ μὴ θέμις γὰρ οὐ λαξ πεδοῖ πατούμενον] *Nec enim scelus hominis, qui majestatem Jovis impie violarit, manet neglectum.* Sic Eumen. v. 110. καὶ πάντα ταῦτα λαξ ὁρῶ πατούμενα, et *haec omnia neglecta et contemta video.* Qui lectionem παρεκβάντες defendere volunt, aut nominativum consequentiae adhibitum, aut participium pro verbo finito positum statuere debent. Utrumque tamen hic incommodum.

v. 641. δίκας δ' ἐρείδεται πυθμὴν] Vertitur vulgo *justitiae radix firmatur.* At potius πυθμὴν h. l. de solo, s. fundamento, capiendum. *Justitiae autem solum* s. *basis firmatur.*

v. 642. Προσχαλκεύει δ' αἶσα φασγανοῦργος] Justitiae ultrici poëta Fatum s. Parcam sic fingit gladium submini-strare, ut militi armorum fabrum. Videtur animo ejus insedisse Vulcani species Achilli Patrocli caedem ulturo arma fabricantis. Similis fere Δίκας et Μοίρας compositio Agam. v. 1546 sq.

v. 643. 644. τέκνον δ' ἐπεισφέρει δόμοις νεόν αἱμάτων παλαιτέρων] Sic in eadem re Agam. v. 1491. τὸ παλαιὸν ἄγος et νέος ἰχὼρ opponuntur.

v. 646.

v. 646. τείνει μύσος] Vulg. τίνει Stanl. interp. *punit scelus*. At τίνειν non eſt *punire facinus*, ſed *poenam facinoris luere*. Schol. vertit ἀπαιτεῖ, quo quidem verbo non τίνει, ſed aliam neſcio quam lectionem expreſſiſſe videtur. Itaque lectio Aldina τείνει μύσος praeferenda. *Furia dudum invocata, profunda mentis altitudine pollens, extendit ſcelus*, h. e. longa ſerie ſcelera cum ſceleribus connectit, ita ut priora a poſterioribus puniantur. Sic τείνειν φόνον apud Eurip. Suppl. v. 672. (neglecta ſepultura) caedem in longum extendere, et quaſi perpetuare.

IN SCENAM IV.

v. 647 — 662.

Oreſtes cum Pylade ad aulam aedium regiarum accedit, foresque pulſat; janitorem deinde, unde veniat, ſciſcitantem jubet dominis nuntiare, adeſſe hominem, qui nova quaedam narraturus, cum ipſis colloqui velit.

v. 649. τρίτον τόδ' ἐκπέραμα] Recte vertit Heathius: *Jam tertium clamo, ut aliquis ex aedibus prodeat.* Prorſus ridicule Gallus interpres *du Theil* ἐκπέραμα pro *excubiatore (eine Schildwache)* accepit.

v. 650. εἴπερ φιλόξεν' ἐστιν Αἰγίσθου δόμοι] *Si modo hoſpitales* (hae aedes) *propter Aegiſthum* i. e. ſi quidem Aegiſthus hoſpitalitatem exercere his aedibus concedat.

v. 651. ποδαπὸς ὁ ξένος] „Verte: *unde* ſeu *cujas es hoſpes?* non *cujas eſt*, ut male interpres hic pariter atque v. 571. Nominativi ponuntur attice pro vocativis. Vid. *Bos* ad Luc. 18, 13. Ex noſtro, ut videtur, citat Euſtath. ad Il. Φ. p. 1337. et exponit ποίου ἐὰφους ἢ γῆς." *Abreſch.*

v. 653. Ἄγγελλε] ſcil. ἐμὰν παρουσίαν vel ἐμὲ. Noſtri dicunt: *Melde mich bey der Herrſchaft.*

v. 654.

v. 654. κκινοὺς] Quod Abreſchio in mentem venit κοινοὺς λόγους, *quos ſcire utriusque intereſt*, id minime probandum. Infr. v. 732. νεάγγελτος φάτις eodem ſenſu, quo h. l. καινοὶ λόγοι.

v. 655. νυκτὸς ἅρμ' ἐπείγεται] „Non tantum Soli ſive Diei currum tribuere Poëtae, ſed etiam Nocti. Euripides, fragm. Androm. XXVIII.;

Ὦ νὺξ ἱερὰ ὡς μακρὸν
Ἵππευμα διώκεις ἀστροειδέα
Νῶτα διαφέρουσα.

Theocr. Idyll. 2.

— — χαίρετε δ' ἄλλοι
Ἀστέρες, εὐκήλοιο κατ' ἄντυγα νυκτὸς ὀπαδοί.
—" *Stanl.*

v. 656. ἐμπόρους] „i. e. ὁδοιπόρους, ut in Sophocl. Oed. Colon. v. 955. 307." *Abreſch.*

658. δωμάτων τελεσφόρος] Qui h. v. cum γυνὴ conjungebant, intelligebant vel heram vel mulierem, cui res domeſtica credita eſſet *(eine Schaffnerin)*. Sic Oreſtes apud Euripidem fororis domicilium quaerens, El. 104.

Ἦ γάρ τις ἀρότηρ, ἢ τις οἰκέτις γυνὴ
Φανήσεται νῶν ἥντιν' ἱστορήσομεν,
Εἰ τούσδε ναίει σύγγονος τόπους ἐμή.

Praeſtat autem hic τελεσφόρος de viro rerum domeſticarum procuratore accipere.

v. 659. γυνή τ' ἔπαρχος] Sic optime Hermannus emendavit. Vulgatum enim τόπαρχος, vocabulum recentioris aetatis, Aeſchylo indignum.

v. 660. οὐκ ἐπαργέμους] Abſurdum eſt, quod Scholioſtes dicit, οὐκ h. l. πλεονάζειν. Nec Stanlejus tamen nec Heathius hic extricare ſe potuerunt. Itaque illi in mentem venit οὐκ ἀπαργέμους, huic autem οὖν ἐπαργέμους reſcribere. Neutrum neceſſarium. Vere enim Abreſchius monuit negandi particulam hic tantum, ut ſit,

transpoſitam eſſe, recteque vertit: *Neque enim, vir cum viro ſermonem ſi habeat, pudor intermiſcet verba obſcura*, ſecus nempe ac fieri ſolet, ſi cum muliere colloquatur.

v. 661. πλόκους] Vulgatum ἐν λεχθεῖσιν — λόγους τίθησιν Aeſchyleum eſſe nemo mihi perſuaſerit. Quod pro λόγους edidi πλόκους, id aptiſſimum eſt et ſtilo poëtae dignum. Sic πλόκιοι λόγοι apud Homerum Odyſſ. N. v. 295. quod Euſtathius interpretatur λόγους σκολιοὺς καὶ πεπλεγμένους. Et quid in colloquiis viri cum muliere ob ſexus reverentiam ſolennius eſt, quam verborum ambagibus et circuitionibus uti?

v. 662. κἀσημήνεν] Utique, quod Heathius monet, conſtructionis cauſa reſcribendum eſt κἀσημήν' ἄν.

ἐμφανὲς τέκμαρ] Τέκμαρ h. l. non ut Abreſchio placuit, i. q. τέλος ſ. πέρας notat, ſed de *ſigno* accipiendum eſt. ἐμφανὲς τέκμαρ σημαίνειν igitur circumlocutio eſt, pro *aperte quae ſignificanda ſint*, *ſignificare*, metaphora fortaſſe a teſſeris hoſpitalibus, vel etiam ab illis σήμασι, quae ante uſum ſcripturae invectum nuntiis tradebantur, deſumta. Idem ſimiliter, non tamen prorſus eodem modo, dicitur φήμης φέρειν ἐμφανῆ τεκμήρια Sophocl. El. v. 1115.

IN SCENAM V.

v. 663 — 713.

In hujus ſcenae adornatione operae pretium eſt artificium poëtae cognoſcere, quo Oreſtem ſic loquentem induxit, ut ſingulis paene verbis fictae narrationis probabilitas augeretur.

v. 663. πάρεστι — δικαίων τ' ὀμμάτων παρουσία] Incommode dictum videtur et frigide, *adeſt juſtorum oculorum praeſentia*. Fortaſſe igitur liceat conjicere ſic ab Aeſchylo ſcriptum eſſe:

δικαίοις τ' ὄμμασι περιουσία.

omnis-

omnisque generis facultates, praesertim *victus abundantia*, *quae*, *quantum in nobis est*, *justis oculis*, h. e. benevolis, non invidentibus, *ad usum patet.*

v. 670. στείχοντα — σάγη] „Hoc est, *ipse gestans propriam σάγην*, cf. annot. ad v. 556." *Stanl.* Recte Gallus interpres: *chargé de mon propre bagage.*

v. 671. ὥςπερ — πόδας] Quasi in parenthesi legendum, quod vidit Abreschius; *quemadmodum me huc venisse videtis.*

v. 672. „συμβαλὼν ἀνὴρ est *obvius*, pro quo alias συμβολεῖν, vid. Sept. c. Theb. v. 358." *Abresch.*

v. 673. ἐξιστορήσας καὶ σαφηνίσας ὁδὸν] Quia ὁδὸς tam *iter* quam *viam* significat, ἐξιστορήσας ὁδὸν [illegible] *scisitatus quo tenderem*, σαφηνίσας ὁδὸν autem, *viam cum monstrasset.*

v. 675. ἄλλως] *Alia de causa*, *aliis negotiis intentus.*

v. 677. πανδίκως μεμνημένος] „Sic πανδίκως ὑπίσχομαι Eumen. v. 807. et πανδίκως στελεῖν χιτῶνι Soph. Trach. 620. ubi exponunt Schol. ἀνενδοιάστως." *Abresch* Nempe πανδίκως μεμνημένος, est, *bene ac diligenter*, *ut decet*, *memor*; uberiusque declaratur per μηδαμῶς λάθῃ.

v. 679. εἰς τὸ πᾶν] „[illegible] χρόνου, id quod additur Eumen. v. 673. πιστὸς εἰς τὸ πᾶν χρόνου." *Abresch.* ἀείξενον conjuncte legi mavult Schneiderus lex. gr. app. p. 683.

v. 680. πόρῃμευσον πάλιν] „Sic etiam loquitur Eurip. Iphig. Taur. v. 734. Ὅρκον δότω μοι τάςδε πορῄμεύσειν γραφάς. Sophocli πορεύειν. Oed. Col. v. 1672. τάςδ' ἐπιστολὰς πατρὶ ταχεῖ πόρευσαν σὺν χρόνῳ —" *Abresch.*

v. 682. κεκλαυμένου] Quamquam haec lectio sensum praebet haud prorsus incommodum, multo tamen aptius est, quod Stanlejus divinavit, κεκαυμένου *cadaveris rite combusti.* Et jam Abreschius huic emendationi Sophoclem favere vidit, Electr. v. 54 sqq.

— — ἄψορρον ἥξομεν πάλιν
Τύπωμα χαλκόπλευρον ἠρμένοι χεροῖν

— — — —

Ὅπως λόγῳ κλέπτοντες, ἡδεῖαν φάτιν
Φέροιμεν αὐτοῖς, τοὐμὸν ὡς ἔρρει δέμας
Φλογιστὸν ἤδη καὶ κατηνθρακωμένον.

et v. 761 ſqq.

Καί νιν πυρᾷ κείαντες εὐθὺς ἐν βραχεῖ
Χαλκῷ μέγιστον σῶμα δειλαίας σπόδου
Φέρουσιν ἄνδρες. —

v. 686. πορθούμεθα] Ineptiſſima eſt Stanleji conjectura, cui ipſe tamen parum aut nihil tribuit, πορθμούμεθα. Senſus eſt: *eheu funditus igitur hic periimus!* Comparavit Abreſchius Sophocl. Electr. v. 768. πρόῤῥιζον ἔφθαρται τοῖς πάλαι δεσπόταις τὸ πᾶν γένος. Adde ejusd. tragoediae v. 800 ſqq.

v. 688. ὡς πόλλ' ἐπωπᾷς] In hac lectione nihil mutandum. Senſus eſt: *Quam multa oculis perluſtras, et procul etiam bene conſtituta arcubus e longinquo bene collimantibus feriens, infelicem me omnibus amicis nudas et ſpolias.* Nempe in eo, quod Oreſtes peregre tutus eſſet, ac fortaſſe ex exſilio redux patris necem ulciſci poſſet, omnem Electra ſpem habebat repoſitam.

v. 692. ἦν γὰρ — πόδα] Haec veluti per parentheſin inter ſe conjungenda bene intellexit Stanlejus, ut profecto mirer Heathio aliud placuiſſe, qui ſic diſtinguendum cenſet:

Καὶ νῦν ('Ορέστης ἦν γὰρ εὐβούλως ἔχων)
Ἔξω κομίζων — — πόδα.

Senſus nimirum optime ſic decurrit: *Et jam quidem Oreſtes (prudenter enim egerat, quod pedem extra hoc limen perniciosum extulerat) jam vero* etc. Non opus eſt emendationem noſtram βηλοῦ pro πηλοῦ multis confirmare. Quod enim in proverbio eſt ἔξω πηλοῦ πόδα, ut Schol.

quo-

quoque memorat, id anſam potuit librariis dare, ut πηλοῦ pro βηλοῦ ſcriberent, non autem, huic loco aptum eſſe πηλοῦ, inde efficitur. Hermannus ad Viger. de idiotiſm. p. 804. legendum eſſe ſtatuit: καὶ περὶ γ' Ὀρέστης, cui quidem emendationi Scholiaſtae interpretationem favere putat.

v. 693. 694. Νῦν ὅ' ἥπερ — παροῦσαν ἐγγράφει] Omnes fere editores atque interpretes in hoc loco haeſerunt. Canterus emendabat ἀποῦσαν ἐγγράφου, parum commode ad ſenſum et orationis nexum. Heathio placebat ἐγγράφεις, oratione ad Ἀρὰν directa, quam ſic interpretatur: Nunc vero ſpem illam, quae licentiae inſanae in *aedibus medicinam afferebat*, cum *praeſto adeſt*, *in cenſum tuum refers*. Quod quam contortum ac durum ſit, nemo non videt. Nihilo felicius in hoc loco verſatus eſt Abreſchius, qui hunc ordinem et ſenſum eſſe ſtatuit, tanquam ſi ſcriptum legeretur, καὶ νῦν δὲ Ὀρέστης ἐγγράφει τὴν ἐλπίδα βακχείας καλῆς ἥπερ μόνη ἰατρὸς παρῆν ἐν τοῖς δόμοις. *Et nunc Oreſtes damnis reliquis, quae imprecatio cauſata ſua morte ſpem quoque addit, quae ſola nobis ſupererat, fore ut aliquando laetitia baccharemur.* — At βακχεία καλὴ ironice dicitur de *furoribus* Clytaemneſtrae et Aegiſthi, quorum ſanationem Electra ab Oreſtis adventu ſperabat. Haec βακχεία deſcribitur v. 129 — 134. Itaque non opus eſt καλῆς in κακῆς cum Pauwio mutare. An ſcripſit poëta:

Νῦν δ' ἥπερ ἐν δόμοισι βακχείας καλῆς
Ἰατρὸς ἐλπὶς ἦν παρούσης, ἐγγράφει.

Sed vereor ut absque meliorum codd. praeſidio ſanari poſſit hic locus. Comparandus interim eſt locus Sophocl. Elect. v. 300. ubi Electra de Oreſte dicit:

τὰς οὔσας τέ μου
Καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορεί.

v. 696. κεδνῶν ἕκατι πραγμάτων] Haud recte intp. Heathius *juſtis de cauſis*; ſed potius hoc ſignificat nuntius,

vehementer se quidem optare, ut sibi licuisset bonum aliquem nuntium afferre, quo felicitas hujus familiae non turbaretur; idque non solum se propterea optare, ut acceptior et gratior esset apud hospites, verum etiam benevolentia ductum.

v. 699. πρὸς δυσσεβείας δ' ἦν ἐμοὶ] „Hoc perinde est, tamquam scripsisset ἔδοξεν εἶναι δυσσεβές, et τοῖόνδε valet *tantam*, *tanti momenti rem.* cf. v. 743. Καρανῶσαι i. q. τελειοῦν, uti expl. Hesych. *peragere.* Supra v. 524. πῇ τελευτᾷ καὶ καρανοῦται λόγος, ubi Schol. exp. κεφαλαιοῦται, quomodo iterum Hesychius. Verba postrema interpreti non fuere pervia; Καταινέσαντα erat vertendum *cum promiserim*, Strophio nempe. Vid. v. 678. Sophocles Oed. Col. v. 1704. Καταινέσον μήποτε προδώσειν τάςδ' ἐκών· Add. Suid. h. v. Ξυναινέσαι habuimus Agam. v. 1217." *Abresch.*

v. 701. κατεξενωμένον haud aliter intelligendum est, quam de hospitio, quo fuerat apud Clytaemnestram exceptus, quod sane violasset, si grata potius, quam vera narrasset. Nam quod etiam de Strophii hospitio accipi posse putat Abreschius, quod nuntio, si peregisset mandata de Oreste, revertenti ac responsum referenti obtulerit, id justo subtilius est, et altius, quam decet, repetitum. Ceterum ut hic a Clytaemnestra, sic a paedagogo accipiuntur hospites ap. Eurip. Electr. v. 359 sqq. Comparandus etiam Sophocles Electr. v. 766 sqq.

v. 705. ἀλλ' ἔσθ' ὁ καιρὸς ἡμερεύοντας ξένους] „Eo intelligo sensu ἡμερεύειν, quo exponit Pollux I. 64. τὸ δι' ὅλης τι πρᾶξαι ἡμέρας ἡμερεῦσαι καὶ διημερεῦσαι, uti et Hesych. Διημερεύοντες explicat πᾶσαν ποιοῦντες τὴν ἡμέραν. Gloss. vet. διημερεύω, *omnem diem exigo*, in quocunque nempe labore. vid. et Schol. Soph. ad Electr. v. 790. Hic loci supple ἐν τῇ ὁδῷ, seu potius ἐν τῇ μακρᾷ κελεύθῳ, quod et genitivis additis adsumi convenit, quos ceterum non putem regi ab ἡμερεύειν, sed ab adjecto τὰ πρόσφορα, atque

que distinctionem tollendam. Firmat me in ista opinatione Eurip. Hel. v. 515. ubi pari ratione habemus τὰ πρόσφορα τῆς νῦν παρούσης συμφορᾶς. Supra v. 668. πόνων θελκτήρια dixerat sensu non multum diverso." *Abresch.*

v. 708. ὀπισθόπους] „Gravius hallucinatur doctiss. interpres (Stanl.) ὀπισθόπους vertens *pedissequas*, obversante opinor loco Eurip. Hippol. v. 54. πολὺς ἅμ' αὐτῷ προσπόλων ὀπισθόπους κῶμος λέλακε, et v. 1179. ὀπισθόπους φίλων ὁμήγυρις. Verum eadem hic si obtineret significatio, scriptum oportebat ὀπισθόποδας. Redde ergo *reversus*. Hesych. ad hunc ipsum fortasse locum: Ὀπισθόπους, ὑποστρέψας." *Abresch.*

v. 709. inanem habet eorum quae jam antea dicta erant repetitionem; praeterea non solet Aeschylus versiculos vicinos ὁμοιοτελεύτως claudere, ut h. l. v. 706. et v. 719. τυγχάνειν τὰ πρόσφορα, — et δώμασιν τὰ πρόσφορα. His igitur causis adducor, ut versiculum a glossatore confictum putem.

v. 711. ὡς ὑπευθύνῳ] „Recte interpretatur Scholiastes, *tanquam homini qui mihi rationem gestorum reddere debet.*" *Heath.* Nempe est locutio periphrastica; pro *rationem mihi ejus negotii reddes.*

IN SCENAM VI.

v. 714 — 724.

v. 715. ποτὲ δὴ στομάτων δείξομεν ἰσχύν] Facile, si haec ad verbum germanice vertas, ridiculi species induci possit. Sed nihil aliud significant, quam hoc: *agite jam, carae ancillae, aliquando intenta voce* pro Orestis salute precemur. Ut hic ἰσχὺς στομάτων de *precibus alta voce pronuntiatis*, sic bene Hagedornius noster cantum appellavit *die süsse Kraft der Kehlen.* ποτὲ δὲ — Ὀρέστῃ male Abreschius interrogative capiendum putavit, supplendo εἰ μὴ νῦν *si nunc non faciemus, quando ostendemus?* Sed multo aptior est hortandi forma.

v. 721. νῦν γὰρ ἀκμάζει] Sic ἔργων ἀκμὴ Sophocl. Electr. 22.

v. 722. νύχιον δ' Ἑρμῆν] quia non aperte rem gerebant, ſed dolo et ſimulatione quaſi tenebris involuti, ideo dicitur eos νύχιος Ἑρμῆς immittere. Illuſtratur h. l. Sophocleo El v. 1391 ſqq. Ὁ Μαίας δὲ παῖς Ἑρμῆς σφ' ἄγει, δόλον σκότῳ κρύψας πρὸς αὐτὸ τέρμα. —

IN SCENAM VII.

v. 726 — 778.

v. 727. Γείλισσα] „Pindaro nutrix Oreſtis Arſinoë dicitur Pyth. Od. II.

— — Ἀρσινόᾳ Κλυταιμνήστρας χερῶν ὑπὸ κρατερᾶν ἐκ δόλου,
Τροφὸς ἄνελε δυσπενθέος.

Pherecydes vero Laodamiam appellat. Schol. ad locum Pindari citatum: Φερεκύδης δὲ Λαοδάμειαν λέγων αὐτὴν nutricem ſcil. Oreſtis." *Stanl.*

v. 732 ſqq. ſic interpungit Heathius ut punctum poſt κεύθουσ' ponat, deinde verba ἔργοις διαπεπραγμένοις omni diſtinctionis ſigno ſublato cum καλῶς et ſqq. conjungat. Inde igitur hunc ſenſum elicit: *coram famulis quidem riſum intus ſub oculis triſtibus collocavit abſcondens. Feliciter illi, propter facinora, quae patrata ſunt, peſſime vero his aedibus conſultum eſt eventu illo, cujus famam clare nuntiarunt hoſpites.* Multo autem facilius eſt, ita conſtruere: πρὸς μὲν οἰκέτας ἔθετο γέλων ἐντὸς σκυθρωπῶν ὀμμάτων, κεύθουσ' (αὐτὸν) ἐπ' ἔργοις διαπεπραγμένοις.

v. 734. καλῶς κείνῃ] „Hunc locum ſibi imitandum propoſuit Eurip. in Oreſt. v. 1121. ubi Pylades:

Γόους πρὸς αὐτὸν θήσομεσθ' ἃ πάσχομεν.

ad haec Oreſtes:

Ὥστ' ἐνδακρῦσαί γ' ἔνδοθεν κεχαρμένῃ.

et

et v. 1319. Electra:

Κἀγὼ σκυθρωποὺς ὀμμάτων ἔξω κόρας
Ὡς δῆθεν οὐκ εἰδυῖα ταξειργασμένας.

ut et Sophocl. Electr. v. 808.:

Ἆρ' ὑμῖν ὡς ἀλγοῦσα κ' ὠδυνωμένη
Δεινῶς ὀκρῦσαι καπικωκῦσαι δοκεῖ
Τὸν υἱὸν ἡ δύστηνος ὧδ' ὀλωλότα;
Ἀλλ' ἐγγελῶσα φροῦδος. — —

Apul. Metam. VIII. p. 156. ed. goud. *At ille, quamquam perfecto voto, proſtrato inimico laetus ageret, vultu tamen gaudium tegit, et frontem aſſeverat, dolorem ſimulans* — et *omnia quidem lugentium officia ſollerter affingit, ſed ſolae lacrymae procedere noluerunt*, ubi conf. quae notat Pric. et Noſtrum in Agam. v. 804 ſqq. 1038 ſqq. κεύθειν γέλων dixit ut Homer. Odiſſ. T. v. 212. ὀόλῳ δ' ὅγε ὀάκρυα κεῦθε. *Abreſch.*

v. 736. Φήμης ὑφ'] Recte Abreſchius praecepit ut ſcriberetur Φήμης ὕφ', accentu addito pro Φήμης ὕπο.

v. 744. τριβὴν] „Circa quem verſabatur tota mea cogitatio, τοὐμὸν μέλημα. Sappho:

Ἵνα σε τοὐμὸν μέλημα περιπτύξωμαι.

Ariſtoph. in Ἐκκλησ.

Ὦ χρυσοδαίδαλον ἐμὸν μέλημα.

Latini Poëtae *mea cura*. Val. Cato in Diris:

Dum mea jucundas exponat cura querelas.

Propertius:

Lyncea tune meam potuiſti tangere curam?

—" *Stanl.*

v. 745. In duobus ſaltem verſiculis, qui poſt hunc librariorum culpa, ut opinor, interciderunt, partim antecedens oratio finiebatur, hoc ſenſu: τοῦτον ἐμοὶ τεθνᾶναι, οὐκ ἔστιν ἀνεκτὸν ἐμοί, partim inchoabatur nova, hoc

fere ſenſu, quem Sophocles ſic expreſſit Electr. v. 114 ſq. (qui locus omnino conferendus eſt,)

Οἵ μοι, τάλαινα, τῆς ἐμῆς πάλαι τροφῆς.

quacum ſtatim conjungebatur:

Καὶ νυκτιπλάγκτων ὀρθίων κελευσμάτων.

μητρόθεν δεδεγμένη] i. e. *a partu ſimulac in lucem erat editus*, cf. ſupra v. 686." *Abreſch.*

v. 747. καὶ νυκτιπλάγκτων] „Νυκτίπλαγκτα ὀρθία κελεύσματα vocat alloquia, quae eam de nocte puerum in ulnis geſtantem per cubiculum vagari coëgerint clamoris ſedandi ergo. Sic εὐνὴν νυκτίπλαγκτον dixit Agam. v. 12. νυκτίπλ. πόνον v. 388. νυκτίπλ. δείματα ſupra v. 520." *Abreſch.*

v. 749. τὸ μὴ Φρονοῦν γὰρ — τρόπῳ Φρενός] *Infantem enim nondum ratione utentem pecudis ritu alere oportet*, (qui enim aliter fieri poſſit?) *tuopte rationis uſu ac miniſterio.* Haec verborum conſtructio adeo ſimplex eſt et facilis, ut mirer Abreſchio in mentem venire potuiſſe, quae nimium quantum ſunt abſtruſa et perplexa. Τρέφει nimirum ἀνάγκη pro τρέφειν ἀνάγκη ſubſtituto ſic ordinandam putabat ſententiam: ἡ γὰρ ἀνάγκη τῆς γαστρὸς αὐτάρκης πρόμαντις τρέφει καὶ ποιεῖ τρέφεσθαι τὸ βρέφος τὸ μὴ Φρονοῦν ὥςπερ βοτόν, τρόπῳ Φρενός. *Neceſſitas loco rationis alit ſicuti pecus infantem nondum rationis uſu praeditum*, vel etiam hoc modo: ἡ γὰρ ἀνάγκη τρόπῳ Φρενὸς τρέφει παῖδα ἔτι ὄντα ἐν σπαργάνοις ὡςπερεὶ βοτὸν μὴ Φρονοῦν. Ut autem Abreſchius a faciliore, quam ſupra expoſuimus, conſtructione declinandum putaret, hoc eum potiſſimum induxit, quod ſine cauſa haereret in verbis τρόπῳ Φρενός. Sed mihi alia dubitatio ſubnata eſt, an non potius ſcripſerit Aeſchylus

ὡςπερεὶ Φυτόν.

Nam etſi nutrix eſt, quae loquitur, cujus in oratione non omnia ſint ad amuſſim exigenda, tamen ipſi nutricis ἦθει con-

convenientius esse videtur, infantem cum *planta*, quam cum *pecude* comparare; praesertim cum pecudes, etiam recens natae, naturae instinctu multo melius quam infantes vitae necessitatibus consulere soleant.

v. 752. λιψουρία] Hoc verbum cum Abreschio vertere malim *humectatio ex urina*, quam cum Stanlejo et Schneidero in lex. *mingendi libido* compositum ex λιβειν, i. q. λειβειν, non ex λιψ, i. q. ἐπιθυμία. Nec opus est id in ὀυρουρία vel διψουρία mutari.

v. 753. νέα δὲ νηδὺς αὐταρκὴς τέκνων] *tenera infantium alvus sibi ipsi relicta est*, si lectio vera; nam vulgaris vocabuli αὐταρκὴς sensus, *sibi ipsi sufficiens*, h. l. negationem poscret, ut constaret sententia.

v. 754 sqq. τούτων πρόμαντις οὖσα] „*Haec omnia praedicens, saepe vero existimo prae festinatione, quae pueri fascias nitidas reddit lotrix nutrixque eodem functae sunt officio.* Ita hunc locum vertendum censeo, et pro ψευσθεῖσα lego per metathesin σπευσθεῖσα. Hunc locum citat Pollux l. XII. c. 11. καὶ ἡ παρ' Αἰσχύλῳ παιδὸς σπαργάνων φαιδύντρια." *Stanl.* Verum recte judicavit Heathius οὖσα et ψευσθεῖσα nominativos esse consequentiae. Sensus autem est: *Has pueri mei necessitates naturales cum praeviderem, saepe tamen, ut fit, deciperer, adeoque simul fascias pueri saepe purgare deberem, lotrix nutrixque eodem fungebantur munere*, h. e. quae nutrix, eadem et lotrix eram. Id quod aperte confirmatur sequentibus verbis ἐγὼ δὲ πλᾶς δὲ τάσδε χειρωναξίας ἔχουσα — Mirum est Abreschium τέλος h. l. *fructum*, *exitum*, interpretari, cum *muneris* significatio in promtu sit.

v. 754. Ὀρέστην ἐξεδεξάμην πατρί] „Superius v. 748. dixerat, ὃν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένη. Vox propria scil. obstetricum, quae ut videtur simul nutricum officia obibant. Aristid. T. I. p. 24. τῇ Λητοῖ πλανωμένῃ δίκ πάσης γῆς καὶ θαλάττης ἡγεῖται (Minerva) πρὸς τὸν εἱμαρμένον χῶρον,

χῶρον, οὗ μόνου ἦν αὐτῇ τεκεῖν, καὶ ἐπειδὴ ἔτικτε μαίουται τε καὶ ὀέχεται τοὺς παῖδας. Heſiod. Theog. v. 479.

Ὀππότ' ἄρ' ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι
Ζῆνα μέγαν· τὸν μέν οἱ ἐδέξατο Γαῖα πελώρη
Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ τροφέμεν ἀτιταλλέμεναί τέ.

Idem vero h. l. ἐκδέξασθαι πατρί, quod in laudato Heſiodi verſu ὀέξασθαί οἱ τρέφειν, — ut adeo hic optime Schol. ἐκ τοῦ παρακολουθοῦντος explanet per ἔθρεψα, ἀπέσωσα, *accepi alendum curandumque.* Junxit haec Soph. in Electr. v. 13. ubi itidem Oreſtis loquitur τροφεύς,

— σὲ πατρὸς ἐκ φόνων ἐγὼ ποτε
Πρὸς σῆς ὁμαίμου καὶ κασιγνήτης λαβὼν
Ἤνεγκα, κἀξέσωσα κἀξεθρεψάμην.

cf. Harpocr. v. ἐκδεξάμενος ex eoque Suid. —" *Abreſch.* Ceterum in toto hoc nutricis ſermone admirabiliter effinxit Aeſchylus hoc muliercularum genus, earumque puerorum amorem, garrulitatem, minimarum rerum accuratam memoriam ſic expreſſit, ut ex ea ipſa natura hauſiſſe videatur, quamquam videtur etiam boni ſenis Phoenicis apud Hom. Iliad. IX. v. 482 ſqq. imaginem animo et memoria recoluiſſe.

v. 763. ὅπως] Neque τί πῶς cum Cantero, neque ἦ πῶς cum Pauwio, nec denique cum Valkenario ad Eurip. Phoeniſſ. v. 923. πῶς φῂς reponendum eſt; ſed unice verum eſt, quod edidi, ὅπως; Nam cum quis ad quaeſtionem, quae a particula πῶς *quomodo* incipit, ſic reſpondet, ut illud πῶς quaſi mirabundus aut haeſitabundus, antequam ipſam facti rationem et modum deſcribat, repetat, quod Latini ſic reddere ſolent, *Quomodo? quaeris!* tum ſemper in reſponſione dicitur ὅπως addita interrogationis nota.

v. 769. εὐαγγέλῳ] Chorus, cui curae erat, providere, ne Aegiſthus cum ſatellitibus, ſed ſolus adveniret, jubet nutricem ſuppreſſa mandati Clytaemneſtrae parte, quae

quae eum haſtatos ſatellites ſecum adducere voluerat, ſic omnia Aegiſtho narrare, ut nil niſi laeta omnia ac tuta ſuſpicari poſſet. Quapropter nutricem quoque vultus laetitiam adſimulare jubet, addita hac cauſa:

Εὐαγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθώσει λόγῳ.

Si enim te ſub laeto ſermonis genere, quod gratum nuntium afferre videatur, occulueris, omnia bene et ex ſententia procedent. Hanc igitur emendationem noſtram nova, quam ſubdit nutrix, interrogatio extra dubium ponit:

Ἀλλ' ἦ φρονεῖς εὖ τοῖσι νῦν ἠγγελμένοις;

Ceterum verſiculum quem Euſtath. ad Iliad. O'. p. 1013. ed. Rom. ex Euripide citat

Ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθοῦται λόγος,

eum mihi videtur ex hoc Aeſchyli loco paulisper inflexum attuliſſe, memoriaeque lapſu Euripidi tribuiſſe.

v. 770. ἀλλ' ἦ] Hic ἀλλὰ cum ellipſi ponitur, q. d. *Verum enim vero;* tu deſines mirari me his nuntiis laetari, *ſi Jupiter converſionem horum malorum nobis dederit.*

τοῖσι νῦν ἠγγελμένοις] „Hic accipio νῦν pro ἤδη, πρότερον *modo*, non autem v. 694., ubi ſic exponebat Schol. Sequitur ἔχεις τι τῶν λελεγμένων ὀίχα; i. e. *noſtine? ſcisne?* ut Soph. Antig. v. g. ἔχεις τι γ' ἀίσήκουσας." *Abreſch.*

v. 776. μέλει θεοῖσιν] h. e. *diis iſta omnia curae ſunt, quae te forte poſſint in curas conjicere.* Adeoque non opus eſt μέλοι cum Heathio reponere. Nam haec oratio Chori non eſt optantis, ſed aſſeverantis, trepidumque nutricis animum confirmaturi.

IN SCENAM VIII.

v. 779 — 834.

Hoc quod ſequitur Chori carmen in editione Stanleji ſic repraeſentatur:

STRO-

STROPHA.

Νῦν παραιτουμένη μοι πάτερ
Ζεῦ θεῶν ὀλυμπίων,
Δὸς τύχας, τυχεῖν δέ μοι κυρίως
Τὰ σώφρονιν εὖ μαιομένοις ἰδεῖν
Δικαδικάσαι πᾶν ἔπος.
Ἔλακον, Ζεῦ· σὺ δέ νιν φυλάσσοις.
Ἔ ἔ, πρὸ δὲ δήχθρῶν
Τῶν ἔσω μελάθρων, ὦ Ζεῦ, θές.
Ἐπεί μιν μέγαν ἄρας
Δίδυμα καὶ τριπλᾶ
Παλίμποινα θέλων ἀμείψει.

ANTISTROPHA.

Ἴσθι δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον εὖ-
νιν ζυγέντ' ἐν ἅρματι
Πημάτων, ἐν δρόμῳ προστιθεὶς
Μέτρον· τὶς ἂν σωζόμενον ῥυθμὸν
Τοῦτ' ἰδεῖν δάπεδον
Ἀνομένων πημάτων ὄρεγμα;
Οἵ τ' ἐσωθε δωμάτων
Πλουταγαθῆ μυχὸν νομίζετε
Κλύετε σύμφρονες θεοί
Αγετε τῶν πάλαι πεπραγμένων
Λύσασθ' αἷμα προσφάτοις δίκαις.

MONOSTROPHA.

Γέρων φόνος μηκέτ' ἐν δόμοις τέκοι,
Τό δε καλῶς κτάμενον, ὦ
Μέγα ναίων στόμιον, εὖ
Δὸς ἀνιδεῖν δόμον ἀνδρὸς

Καὶ

Καί νιν ἐλευθερίως
Λαμπρῶς τ' ἰδεῖν φιλίοις
Ὄμμασι δνοφερὰς
Καλύπτρας. Ξυλλάβοι δ' ἐνδίκως
Παῖς ὁ Μαίας ἐπιφορώτατος
Πρᾶξιν οὐρίαν θέλων.
Πολλά δ' ἄλλα φανεῖ χρῄζων
Κρυπτά. Ἄσκοπον δ' ἔπος λέγων
Νύκτα πρό τ' ὀμμάτων σκότον φέρει,
Καθ' ἡμέραν δ' οὐδὲν ἐμφανέστερος.
Καὶ τότε δὴ πλοῦτον
Δωμάτων λυτήριον
Θῆλυν οὐριοστάταν
Ὁμοῦ κρεκτὸν γοή-
των νόμον μεθήσομεν
Πόλει· τὰ δ' εὖ
Ἐμόν, ἐμὸν κέρδος ἀέξεται τόδε,
Ἄτα δ' ἀποστατεῖ φίλων.
Σὺ δὲ θαρσῶν, ὅταν ἥκῃ
Μέρος ἔργων,
Ἐπαύσας πατρὸς ἔργῳ
Θροούσᾳ
Πρὸς σέ, τέκνον, πατρὸς αὐδάν,
Καὶ περαίνων ἐπίμομφον ἄταν,
Περσέως τε ἐν φρεσὶ
Καρδίαν σχέθων,
Τοῖς θ' ὑπὸ χθονὸς φίλοισιν
Τοῖς τ' ἄνωθεν προπράσσων
Χάριτος ὀργάς λυπράς, ἔνδοθεν
Φοινίαν ἄταν τιθείς,
Τὸν αἴτιον δ' ἐξαπολλὺς μόρου.

Her-

Hermannus vero eadem ſagacitate, qua in carmine ſuperiore uſus erat, hic quoque inveſtigavit metra antiſtrophica, multaque, quae nondum a me occupata eſſent, feliciter correxit. Sic igitur ordinem ſtropharum textumque verborum conſtituit:

STROPHA I.

Νῦν παραιτουμένη μοι, πάτερ
Ζεῦ θεῶν ὀλυμπίων
Δὸς τυχεῖν, ὥςτ' ἔχειν κυρίως
Τὰ σώφρον' εὖ μαιομένοις ἰδεῖν
Διὰ δίκας πᾶν ἔπος
Ἕλκον· Ζεῦ, σὺ δέ νιν φυλάσσοις.

STROPHA II.

Ἔ ἔ, πρὸ δ' ἐχθρῶν ἔσω
Μελάθρων, ὦ Ζεῦ, θές,
Ἐπεί μιν μέγαν ἄρας δίδυμα καὶ
Τριπλᾶ παλίμποινα θέλων ἀμείψει.

ANTISTROPHA I.

Ἴσχε δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον εὖ-
νιν ζυγέντ' ἐν ἅρματι
Πημάτων, ἐν δρόμῳ προςτιθείς
Μέτρον, τιν' ἂν σωζόμενον ῥυθμὸν
Τοῦτ' ἰδεῖν δάπεδον
Ἀνομένων πημάτων ὄρεγμα.

STROPHA III.

Οἵ τ' ἔσω δωμάτων
Πλουταγαθῆ μυχὸν νομίζετε
Κλύετε σύμφρονες θεοί
Ἄγετε τῶν πάλαι πεπραγμένων
Λύσασθ' αἷμα προςφάτοις δίκαις
Γέρων φόνος μηκέτ' ἐν δόμοις τέκοι.

AN-

ANTISTROPHA II.

Ὦ μέγα ναίων στόμιον, εὖ δὸς
Κρατεῖν δόμων ἀνδρὸς
Καί νιν ἐλευθερίων λαμπρῶς τ' ἰδεῖν
Φίλοις ὄμμασι δυσφερὰς καλύπτρας.

ANTISTROPHA III.

Ξυλλαίβοι δ' ἐνδίκως
Παῖς ὁ Μαίας ἐπιφθορώτατος
Πρᾶξιν οὐρίαν θέλων.
Ἀκριτον ἄσκοπον δ' ἔπος λέγων
Νύκτα πρό τ' ὀμμάτων σκότον φέρεις,
Καθ' ἡμέραν δ' οὐδὲν ἐμφανέστερον.

EPODUS.

Καὶ τότε δὴ πλοῦτον
Δωμάτων λυτήριον
Δῆλυν οὐριοστάταν
Ὁμοῦ δὲ κρεκτὸν γοήτων νόμον
Μεθήσομεν πόλει.

STROPHA.

Τὰ δ' εὖ, ἐμόν, ἐμὸν
Κέρδος ἀέξεται τόδ' ἄ-
τα δ' ἀποστατεῖ φίλων.
Σὺ δὲ θαρσῶν, ὅταν ἥκῃ
Μέρος ἔργων, ἐπαύσας
Θροούσᾳ πρός σε, τέκνον, πατρὸς
Αὐδᾷ, πέρανον ἐπίμομφιν ἄταν.

ANTISTROPHA.

Τὰν Περσέως τ' ἔ-
νι φρεσὶ καρδίαν σχέθων

Τοῖς δ' ὑπὸ χθονὸς φίλοις
Τοῖσι τ' ἄνωθεν προπράσσων
Χάριτας ὀργᾶς λυπρᾶς, ἔν-
δοθεν φοινίαν ἄταν τιθείς,
Τὸν αἴτιον δ' ἐξαπολλὺς μόρου.

In hac ſtropharum deſignatione id ſolum incommodum eſt, quod (ut ſupra ſimili exemplo factum erat) Stropham I. et II. non Antiſtropha I. et II., ſed tantum Antiſtropha I., hanc vero Stropha III. cum Antiſtropha II. et III. ſequitur. Hoc nos incommodum transpoſitione quadam ſtropharum vitavimus, quam nexus quoque ſententiarum manifeſto poſcit. Antequam enim ſtropha ſecunda, quae de introitu Oreſtis in paternas aedes loquitur, pronuntiaretur, anteire debebat antiſtropha prima, quae de vita Oreſtis anteacta ejusque exſilio agit.

v. 779 ſqq. Νῦν παραιτουμένῃ] Hos verſiculos ex emendatione noſtra ſic interpretamur: *Nunc peccanti mihi o Jupiter pater deorum Olympiorum hoc concede, ut illi (Oreſtae) ſecunda fortuna cadat, et concede cupientibus, ut aliquando dominos juſtos et moderatos videant.*

v. 785 ſqq. Ἴσχε δ' ἀνδρὸς — ὄρεγμα] *Inhibe vero dilecti viri* (Agamemnonis filium, tanquam) *pullum orbum currui calamitatum alligatum ejusque curſui aliquando modum ponens* fac ut hoc ipſo moderamine ſervatus *hoc* patriae *ſolum videat, ſuperatorum greſſuum deſiderium*, h. e. quam patriam in toto calamitatum curſu, exſilii praeſertim tempore, nimium quantum deſideravit. Sic tenor allegoriae a principio usque ad finem ſibi conſtat. Oreſtes enim patre orbatus et exſul cum pullo equino comparatur; calamitates ejus cum curru, cui equus junctus curſus immodica celeritate miſere fatigatur; μέτρον et ῥυθμὸς prorſus idem ſignificant, nimirum infortuniorum ſublevationem; et ſicut equus immodico curſu agitatus vehementer ſtabulum, ubi requieſcere poſſit, deſiderat, ſic

ſic patria, cui reſtituendus erat Oreſtes, bene dici poterat δάπεδον ἀνομένων βημάτων ὄρεγμα. Sic vocabulum βῆμα de reditu Oreſtis apud Sophoclem El. v. 159 ſq. Διὸς εὐ-φρονι βήματι μολόντα τάνδε γᾶν Ὀρέστην.

v. 793. ἐπεὶ μιν] *quandoquidem ſi eum erexeris, dupliciter ac tripliciter lubens tibi retribuet.* Sic et huic loco aptius, et ſimilibus, ut v. 257 ſqq. 480—485. convenientius eſt interpretari, quam quomodo Scholiaſtae et Stanlejo viſum eſt, *quoniam ſi eum magnum feceris duplicem et triplicem remunerationem illis* (Aegiſtho et Clytaemneſtrae) *retribuet.*

v. 795. οἵ τ' ἔσωθε δωμάτων — κομίζετε — θεοὶ] „*Penates* intellige cum Spanhemio ad Callim. Hymn. in Cerer. v. 88. et Julian. Imp. v. 68." *Abreſch.*

v. 796. πλουτογαθῆ] Haec Turnebi lectio veriſſima eſt; *penetralia divitiis laeta.*

κομίζετε] Lectio vulg. νομίζετε, quam non ſolum Ald. Turn. ſed reliquae etiam edd. oſtendunt, ſenſui non ſatis apta. Κομιζετε Scholiaſtes quoque legiſſe videtur; etſi Hermannus nuper ad Viger. p. 740. in ejus interpretatione ὁρίζετε latere putavit.

v. 798. πεπραγμένων] non eſt *perpetratorum*, ut Abreſch. intp. ſed *occiſorum.*

v. 800. λύσασθ'] „i. e. quaſi παραμυθεῖσθε, *expiate*, quae duo juncta incedunt in Ariſtid. Tom. I p. 445. τὰ τοῦ παρόντος ἀεὶ καιροῦ δυσχερῆ λύον καὶ παραμυθούμενον (ὕδωρ) —" *Abreſch.*

v. 801—804. ὦ μέγα — καλύπτρας] Hunc locum novis curis ita conſtituendum cenſuit Hermannus ad Viger. de idiotiſm. Gr. L. p. 759.

Τὸ δε καλῶς κτάμενον, ὦ μέγα ναίων
Στόμιον, εὖ δὸς ἀνέδην δόμον ἀνδρὸς
Καὶ νιν λαμπρὸν ἰδεῖν φιλίοις
Ὄμμασιν ἐκ δνοφερᾶς καλύπτρας,

Hac bene peracta caede, a qua vastas *tenes lacunas*, Apollo, *da nobis libere atro e velamine aedes viri ipsumque illustrem laetis adspicere oculis.* Nimirum ἀνέδην *libere*, *licenter* latere putat in vulg. lectione ἀνιδεῖν, ejusque glossema esse ἐλευθερίως. In hoc novo versiculos hosce perpurgandi tentamine cetera me omnia delectant, nisi quod in sententia permaneo τό δε καλῶς κτάμενον e glossa in textum immigrasse.

v. 801. ὦ μέγα ναίων στόμιον] Recte Heathius hic Apollinem intelligit. „Est enim notissimum Apollinem Spelunam Delphis insedisse apud Graecos creditum indeque oracula illa longe lateque celebrata edidisse. Itaque infra noster de eodem Apolline v. 9.

Μέγαν ἔχων μυχὸν χθονός.

Quia et Strabo disertis verbis στομίου mentionem facit lib. IX. p. 641. ὑπερκεῖσθαι δὲ τοῦ στομίου τρίποδα ὑψηλόν. Et Dio Cassius Lib. LXIII. §. 14. καὶ τὸ μαντεῖον κατέλυσεν, ἀνθρώπους ἐς τὸ στόμιον, ἐξ οὗ τὸ ἱερὸν πνεῦμα ἀνήει, φράξας.“

v. 804. δνοφερὰς καλύπτρας] Heathius de aedium penetralibus, in quibus recondebantur thesauri regii accipiebat. Imo potius intelligendae calamitates domum Agamemnonis obnubilantes. Sic v. ex. g. 50.

ἀνήλιοι βροτοστυγεῖς
δνόφοι καλύπτουσι δόμους
δεσποτῶν θανατοῖσι.

v. 805—807. Haec tanquam in parenthesi dicuntur nam in verbis, ἄσκοπον δ' ἔπος λέγων, Chorus a Mercurio redit ad Apollinem.

ἐπιφθορώτατος de pernicie Clytaemnestrae et Aegisthо inferenda capiendum. Vulgatum ἐπιφορώτατος facile se tueretur, modo metro strophici conveniret. Attamen ejus notio jam in πρᾶξιν αὐρίαν τελῶν comprehensa est.

v. 808.

v. 808. ἄσκοπον δ' ἔπος λέγων] *Dum oraculum edis nondum impletum, noctem soles ac tenebras oculis objicere; die autem exorto* (h. e. oraculis ad exitum perductis, ubi iis quasi lux ex tenebris affunditur) *nihil est illo* oraculo *clarius et luculentius.* Similiter Cassandra de vaticinio suo, antea obscuro, nunc clariore καὶ μὴν ὁ χρησμὸς — λαμπρὸς δ' ἔοικεν ἡλίου πρὸς ἀντολὰς πνέων ἐξήξειν Agam. v. 1172.

v. 811—815. καὶ τότε δὴ — πόλει] *Et tunc* rebus ab Oreste prospere gestis *ob divitias aedium liberatas muliebrem faustum, simul vero querulum* (ob Agamemnonis caedem) *cantum urbi edemus.* Νόμος πλούτου δωμάτων λυτήριος, est carmen divitiarum domus liberatorium i. e. divitiis domus liberatis dictum. Eadem fere sententia infra v. 934. sic exprimitur:

ἐπολολυξάτω δεσποσύνων δόμων
ἀναφυγὰς κακῶν καὶ κτεάνων τριβᾶς
ὑπαὶ δυοῖν μιαστόροιν
Δυσοίμου τύχας.

Et supra v. 132. Electra questa erat:

κἀγὼ μὲν ἀντίδουλος, ἐκ δὲ χρημάτων
Φεύγων Ὀρέστης ἐστίν, οἱ δ' ὑπερκόπως
Ἐν τοῖσι σοῖς πόνοισι χλίουσιν μέγα.

Lectio πλοῦτον δωμάτων λυτήριον quocunque te vertas apte explicari non potest. Sive enim cum Stanlejo reddas *divitias aedium liberas*, hic sensus non cadit in vocabulum λυτήριος quod potius cum δωμάτων constructum est *idoneus* ad *expiandum domum*, ad eam s. piaculo s. voto quodam nondum exsoluto liberandam. Sic ponitur λυτήριος Suppl. v. 283.

Τούτων ἄκη τομαῖα καὶ λυτήρια
Πράξαι.

Sive πλοῦτον δωμάτων λυτήριον de opimis sacrificiis pro liberata Agamemnonis domo offerendis accipias, non in-

telligitur, quomodo ancillae ſibi arrogare poſſint illorum ſacrificiorum oblationem, utpote quae non ipſis, ſed Oreſtae aedium heredi conveniebat. Nihil igitur ſupereſt, quam ut πλούτου δόμων λυτήριον νόμον accipiamus de carmine ob liberatas opes aedium cantato; quemadmodum apud Xenoph. Symp. VI, 1. φιλήματα νικητήρια ſunt *baſia ob victoriam data*, ſic h. l. νόμος πλούτου δωμάτων λυτήριος i. q. νόμος ob λύσιν πλούτου dictus.

v. 813. οὐριοστάταν] Si genuinum eſt hoc vocabulum, ſignificare nihil aliud poteſt, quam οὔριον *fauſtum*. Si corruptum ſit, vel ὀρθιώτατον, vel οὐριώτατον legendum puto, miſſis aliis aliorum et meis hariolationibus. Prius tamen praetulerim.

v. 814. γοήτων νόμον] „De uſu verbi γόης ed. Euſtath. ad Iliad. Z. p. 510 med. et Σ 1199. 41. Suidas Γοητεία ἐπὶ τῷ ἀνάγειν νεκροὺς δι' ἐπικλήσεως, ὅθεν εἴρηται ἀπὸ τῶν γόων καὶ τῶν θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους γενομένων." *Abreſch.*

v. 816. τὰ δ' εὖ ἐμὸν κέρδος ἀέξεται τόδ'] Malim: τὰ δ' εὖ ἐμόν γε κέρδος ἀεξεταί ποτ'. *His autem proſpere peractis mea quidem fortuna aliquando creſcet*, ἄτα δ' ἀποστατεῖ φίλων, *et calamitas aliquando ab amicis* h. e. ab Oreſte et Electra *recedet*.

v. 819 ſqq. σὺ δὲ θαρσῶν — μόρου] Haec ex vulgata lectione (ἐπαΰσας — θροούσα) et ματρὸς αὐδὰν pro πατρὸς αὐδὰν repoſito, ſic interpretatur Stanlejus: *Tu autem confide, cum advenerit pars operis, inclamans facinus in patrem ingemiſcenti ad te, fili, matris vocem, et perfice querulam vindictam, Perfeique in animo cor retine, iis autem et qui ſub terra ſunt benevoli, et qui ſuperius, reddens pro gratia triſtes iras, intus fatalem vindictam cohibens, auctorem vero necis interime.* Quam dura haec ſint, et quanta obſcuritate premantur, non opus eſt monere. Ματρὸς αὐδὰ non poteſt eſſe *matris nomen* ſ. *vocabulum*; ſic

ſic enim in notis mentem ſuam explicat Stanlejus; ex verſione vix intelligendam: *Si illa matris nomen tibi objecerit, memora quid in patrem tuum commiſerit. Objiciens patris caedem matris voci te flebiliter imploranti.* Eandem lectionem Heathius amplectitur, minus tamen commode ſic interpretatus: *alta voce exprobrans facinus in patrem compellanti te filii nomine voce materna.* Τέκνον potius eſt blanda allocutio, qua Choëphorae Oreſtem compellant; et ἐπαΰσαι ἔργῳ θρασύνᾳ πρὸς σέ, τέκνον, πατρὸς αὐδᾷ ſublimem continet imaginem vereque poëticam. Fingitur enim in ipſa caede Clytaemneſtrae et Aegiſthi pater Agamemnon filium acclamatione ſua impellere et excitare. Senſus eſt igitur: et *in facinore ad patris ultionem ſuſcepto acclama et reſponde patris voci te invocanti.* Quo phantasmate nihil eſt altius et generoſius. Etenim Oreſtem, an matrem occideret, dubitantem nihil magis incitare poterat, quam vox Agamemnonis audiri viſa: *Occide, fili, patris tui interfectricem;* qua voce ille quaſi inflammatus reclamat: *ecce, parebo tibi, pater, caedem tuam ulciſcar.*

v. 822. πέρκιν' ἀνεπίμομφον φάτιν] *perfice oraculum* Apollinis *nequaquam vituperandum*, quia juſtam patris vindictam Oreſtae imponebat; cf. v. 267. 294. Vulg. περκίνων ἐπίμομφον ἄτην, Scholiaſtes reddit κατεργασάμενος τῶν πολλῶν μέμψεων ἀξίαν ἄτην i. e. Aegiſthum et Clytaemneſtram quod quum per ſe duriusculum eſt, tum propterea incommodum, quod ſic participia θαρσῶν, σχέθων, τιθεὶς, ἐξαπολλὺς imperativo carent, a quo pendeant.

v. 823. Περσέως — καρδίαν σχέθων] Perſpicue refertur ad Meduſam a Perſeo averſa facie, ne ejus obtutu in lapidem converteretur, interemtam. Eum jubetur Oreſtes imitari et averſa facie, ne miſericordia capiatur, matrem necare.

v. 825. τοῖς ὑπὸ χθονὸς φίλοισιν] h. e. *patris tui Manibus.*

v. 826. Τοῖς τ' ἄνωθεν] ſcil. Electrae, aliisque qui Oreſti favebant.

v. 827. χάριτας ὀργᾶς λυπρᾶς] Non opus esse arbitror hanc emendationem multis verbis confirmare; vulgata enim lectio sensu idoneo prorsus destituitur. χάριτας ὀργᾶς λυπρᾶς est *triste beneficium irae vindicis;* haec Orestis vindicta dicitur *tristis*, quia in matrem saeviebat; dicitur autem gratia, s. gratiosum beneficium, quod hac vindicta bene de patre merebatur.

v. 828 sq. ἔνδοθεν — μόρου] Scholiastes haec ita accepit, quasi ἄτα, ut ante, Clytaemnestrae personam, αἴτιον μόρου autem Aegisthum significaret. Sed ἔνδοθεν φοινίαν ἄταν τιθεὶς nihil aliud est, quam *introferens cruentae caedis calamitatem*, et αἴτιον μόρου collectum de Clytaemnestra et Aegistho, Agamemnonis interfectoribus, intelligendum.

IN SCENAM IX.

v. 830 — 846.

v. 830. ἥκω — ὑπάγγελος] „Ὑπάγγελος i. e. ὑπ' ἀγγέλων κληθεὶς, ut nostrum manifesto imitatus loquitur Sophocl. in Ajace v. 290. τί τήνδ' ἄκλητος, οὐχ ὑπ' ἀγγέλων κληθεὶς ἐφορμᾷς πεῖραν, et in Trach. v. 395. δὸ' ἀνὴρ ἐμῶν ὑπ' ἀγγέλων, ἀλλ' αὐτόκλητος ἐκ δόμων πορεύεται. —" *Abresch.*

v. 834. δειματοσταγὲς] Stanleji conjecturam αἱματοσταγὲς cupide arripit Abreschius, quod nullum opinatur editae lectionis sensum esse, et quod αἱματοσταγὴς φόβος dicatur Agam. 1318. αἱματοσταγεῖς νεκροὶ Sept. adv. Theb. 843. αἱματοσταγεις ἔθνος Eumenid. 366. Verum Heathio assentior lectionem δειματοσταγὴς defendenti, similemque locutionem comparanti ex Agam. 187.

στάζει δ' ἐν ᾧ' ὕπνῳ πρὸ καρδίας
μνησιπήμων πόνος.

Attamen minus accurate vertit Heathius: *onus esset timoris plenum homini a caede praecedente ulcere laborante et sauciato.* Rectius: *ex hoc rumore per domum sparso exsisteret* nova molestia *timorem stillans* h. e. timoris plena, *acce-*

accedens ad priſtinam caedem, tanquam ad vulnus adhuc exulceratum et doloribus mordens. δεδηγμένῳ nimirum h. l. active ponitur; ἄχθος de moleſtia ex imminente periculo praeſertim ob peccatum aliquod conceptum ut Suppl. v. 989. δειματοστακὲς, aptiſſime dicitur, propterea quod morte Oreſtis divulgata novae civium ſuſpiciones, adeoque nova odia erga Clytaemneſtram et Aegiſthum erumperent neceſſe erat; eaque in novos quoque terrores conjicere poterant reginam jam ſatis illius ſacinoris conſcientia anxiam et excruciatam.

v. 836. ἀληθῆ καὶ βλέποντα, *vera et clara;* ſicut *caeca* dicuntur pro *obſcuris.*

v. 837. δειματουμένοις λόγοι, *rumores ad terrorem conficti*, ut bene explicat Abreſch.

v. 838. πεδάρσιοι ῥῳῶσκουσι, *ſublimes diſcurrunt*, h. e. *volitant* rumores, θνήσκοντες μάτην, *intermorientes absque effectu*, h. e. qui quidem rumores evaneſcere ſolent, ita ut nihil in iis veri reperiatur.

v. 840—842. Hi tres verſiculi vulgo nuntio, h. e. nutrici Giliſſae tribuuntur. Sed bene Heathius animadvertit, eos Choro potius aſſignandos eſſe. Quod vel hoc argumento patet, quod pluraliter dicitur ἠκούσαμεν. Omninoque Aegiſthi ſermo aptior eſt, ad Chorum directus, quam ſi cum nutrice eum comitante habitum eſſe ſingas. Nec ſatis conſtat, utrum poëta Giliſſam una cum Aegiſtho hic redeuntem in ſcenam produxerit. Nullum certe ejus rei clarum eſt in verbis Aegiſthi veſtigium.

v. 841. οὐδὲν — πέρι] *Profecto non tantum valet nuntii relatio, quantum ſi dominus ipſe de his rebus ſciſcitetur et inquirat.* Abreſchius conj. ὡς αὐτὸς αὐτῶν ἅντα πεύθεσθαι πέρι. Sed non eſt quod ἄνδρα mutandum cenſeamus.

v. 846. οὗτοι — ὠμματωμένην] *Nimirum is certe mentem meam ſatis oculatam haud fefellerit.* Bene Heathius

monuit, particulam ἂν hic abeſſe non poſſe. Itaque κλέ-ψει' ἂν praetulimus lectioni κλέψειεν, quam Stanlejus commendaverat.

IN SCENAM X.

v. 847 — 866.

v. 847 ſqq. Chorus ancipitem caedis Clytaemneſtrae ejusque adultero paratae exitum metuens, negat ſe ſatis ſcire, quid primo loco, quid poſtremo dicat. *O Jupiter, quid dicam? unde perturbato animo bene precatura ſupplex incipiam, ubi juſta vota benevolentiae cauſa finiam?* Abreſchio videbatur ἴσον cum ἀνύσωμαι conſtruendum, hoc ſenſu: *Quid prae benevolentia et favoris ſtudio loquens impetrabo, quod aequum ſit.* ἐπιθοάζειν nunc quidem cum Cl. Schneidero lex. gr. h. v. pro ἱκετεύειν poſitum arbitror ut Eurip. Med. 1409. τάδε θρηνῶ κἀπιθοάζω δαίμονας. Quod ſi non placeat, facilis conjectura te ducat ad κἀπι-θιάζουσα.

v. 855. πῦρ καὶ φῶς potiſſimum de ignibus ſacrificiorum in aris, fortaſſe etiam de facibus in pompa ſacra praelatis intelligendum. Sic λαμπὰς de ſacrificiorum ignibus Agam. v. 93.

v. 856. πολισσονόμους] Circa hos verſiculos ſine cauſa trepidavit Heathius, implicatam verborum ſtructuram queſtus, qua nihil eſt facilius, puncto poſt πολισσονόμους poſito, quod jam in Stanlejana apparet. *Jam enim mucrones cruenti gladiorum caedes minantium aut prorſus Agamemnoniae domus ſtirpem interiment*, (Oreſte occiſo) aut *ob libertatem recuperatam juſtumque imperium urbi reſtitutum faces accendens magnis majorum divitiis potietur.*

v. 857. ἕξει πατέρων μέγαν ὄλβον] Sic Oreſtes ap. Sophocl. El. v. 42. ſe fieri vult ἀρχέπλουτον καὶ καταστάτην δόμων.

v. 858.

v. 858. τοιάνδε πάλην] *talem pugnam sed ancipitem solus adversarius cum duobus congrediens divinus Orestes edet; faveat ei modo victoria.*

v. 863. πῶς κέκρανται] *quomodo negotium istud in aedibus peractum est? quem exitum habuit?* Κέκρανται, τετέλεσται. *Hesych.*

v. 865. ὅπως δοκῶμεν] Anxius mulierum chorus, quum nondum certo sciret, utrum Orestes an Aegisthus in certamine succubuisset, paulisper recedit ab aedibus, ne, si forte Aegisthus victor discessisset, in suspicionem adduceretur, se conscium fuisse facinoris ab Oreste incepti.

IN SCENAM XI.

v. 867 *sqq.*

v. 871. πύλας μοχλοῖς χαλᾶτε] „Construendi ratio πύλας μοχλοῖς χαλᾶν obstitit nonnihil Arnaldo, cui ex usu consuetiore dicendum potius fuisse videbatur πύλης μοχλούς. Ego aeque recte convenienterque linguae ratione dici puto μοχλοῖς πύλας, atque μοχλοὺς πυλῶν, itemque πύλαις χαλᾶν, quin etiam πύλας ἀπὸ μοχλῶν et μοχλοὺς ἀπὸ πυλῶν. Nempe χαλᾶν plane est idem quod λύειν, ut Latinis *laxare*, quod *solvere* in talibus. Hinc quod nostro χαλᾶν μοχλοῖς πύλας, id Eurip. Iphig. Taur. v. 99. κλῆθρα λύσαι μοχλοῖς. Similiter Sophocl. Electr. v. 1596. χαλᾶτε πᾶν καλύμμ' ἀπ' ὀφθαλμῶν. —" *Abresch.*

v. 875. ἐπὶ ξυροῦ πέλας αὐχὴν πεσεῖσθαι] Abreschium offendebat πέλας, ut emendandum censeret ἐπιξήνου πέλας comparato loco Agam. v. 1288.

> Βωμοῦ πατρῴου δ' ἀντ' ἐπιξήνου μένει
> Θερμῷ κοπείσῃ Φοινίῳ προσφάγματι.

Sed πέλας respicere potest illud ποῖ Κλυταίμνηστρα? *quorsum abiit Clytaemnestra — Jam videtur alicubi in vicinia ejus cervix in novaculae aciem incidere.* Sic apud Euripidem

dem Electra v. 1143. τεθηγμένη σφαγὶς ἥπερ καθεῖλε ταῦρον οὖ πέλας πεσὴ πληγεῖσα.

IN SCENAM XII.

v. 877 sqq.

v. 878. λέγω] Hanc lectionem ex Aldina jure revocatam esse facile patet, quod in vulgata λόγῳ nihil est αἰνιγματῶδες, quod tamen his verbis inesse diserte significat Clytaemnestra. Nam eos, qui fama tantum mortui perhibebantur, vivum hominem occidere posse nemo dubitat; qui autem ita dicit: *Vivum hominem a mortuis occisum esse ajo*, is perplexe et quasi aenigmata loquitur. Simile est illud Sophocleum El. v. 1473. οὐ γὰρ αἰσθάνει πάλαι ζῶντας θανοῦσιν οὖσ' ἀνταυδᾷς ἴσα.

v. 881. ἀνδροκμῆτα] Ineptum esset, quod Abreschio in mentem venit, hic eandem securim intelligere, qua Clytaemnestra maritum percusserat. Omnino est *securis homini occidendo idonea*, *ein Mordbeil*.

IN SCENAM XIII.

v. 884 — 931.

v. 888. τόνδε δ' αἰδέσαι τέκνον μαστὸν] „In Epigrammate:

Πῇ ξίφος ἰθύνεις κατὰ γαστέρος ἢ κατὰ μαζῶν
Γαστὴρ ἥ σ' ἐλόχευσεν, ἀνεθρέψαντο δὲ μάζοι.

Ad hanc Clytaemnestrae Apologiam collineare videntur Orestis verba apud Euripidem in tragoedia cognomine v. 566.

Εἰ γὰρ γυναῖκες εἰς τόδ' ἥξουσι θράσους
Ἄνδρας φονεύειν, καταφυγὰς ποιούμεναι
Εἰς τέκνα, μαστοῖς τὸν ἔλεον θηρώμεναι,
Παρ' οὐδὲν αὐταῖς ἦν ἂν ἀλλύναι πάσεις
Ἐπίκλημ' ἐχούσαις ὅ, τι τύχοι.

— *Stanlej.*

v. 892.

v. 892. *ποῦ δῆτα λοιπὰ*] *Quorsum scilicet abirent, quo recíderent*, vaticinia et minae Apollinis, cf. v. 280 sqq. Comparanda est cum h. l. Orestae matris caedem refugientis et Electrae eum excitantis altercatio ap. Eurip. El. v. 967 sqq.

v. 894. *ἅπαντας ἐχθροὺς τῶν θεῶν ἡγοῦ πλέον*] Grotius vertit: *omnes tibi hostes judica praeter Deos.* Rectius quidem Stanlejus: *omnes prius hostes quam deos existimes*, neque tamen satis apte. Est enim: *omnes tibi citius in inimicorum loco habendos esse judica, quam deos*, vel *omnium potius inimicitias tibi suscipiendas crede quam deorum.* Sic paullo post *κρείσσον' ἡγήσω πατρός, in potiore eum loco habuisti quam patrem.*

v. 898. *τούτῳ θανοῦσα συγκάθευδ'*] Sic Orestes apud Euripidem matrem increpat El. v. 1144.:

νυμφεύσει δὲ καὶν Ἅιδου δόμοις ὥπερ ξυνηῦδες ἐν Φάει.

v. 901. *πατροκτονοῦσα γὰρ*] Hoc γὰρ ad suppressa, ut fit quaedam verba respicit, facile sic supplenda: *Fieri, non potest quod cupis. Cum enim patrem meum occideris, quomodo mecum habitabis?*

v. 904. *οὐδὲν σεβίζει*] „i. e. ἐντρέπῃ, αἰδῇ, ut in Pers. v. 696. Deinde *γενέθλιος* hic valet *μητρῷος*, ut in *γενέθλιον αἷμα* apud Eurip. Orest. v. 89. ubi vid. Schol." *Abresch.*

v. 905. *τεκοῦσα γὰρ*] Iterum ἐλλειπτικῶς dictum. Plenius enim sic erat efferendum: *Non est quod maternas tuas diras extimescam, quum tu ipsa dudum maternum erga me animum exueris. Quae enim me pepercisti, eadem me deinde ejecisti in miseriam.*

v. 906. *ἐς δόμους δορυξένους*] Abrumpitur sermo vel Clytaemnestrae angore, vel Orestis interlocutione interceptus. Sequi enim debebat *σε ἀποπέμψασα.*

ἐς δόμους δορυξένους] „Strophii scilicet, quem in Agamemnone v. 889. δορύξενον vocavit:

Τρέφει γὰρ αὐτὸν εὐμενὴς δορύξενος
Στρόφιος ὁ Φωκεύς.

Eodem significatu Sophocles Electra v. 46. itidem de Strophio:

ὁ γὰρ
Μέγιστος αὐτοῖς τυγχάνει δορυξένων.

Ad quem locum Scholiastes: ἀντὶ τοῦ φίλων. Κυρίως δὲ οἱ ἐν πολέμῳ γιγνόμενοι φίλοι ὡς Γλαῦκος καὶ Διομήδης. —" *Stanl.*

v. 907. διχῶς ἐπράθην] Primum nempe quasi vendiderat mater filium, ex aedibus eum paternis ejiciendo, iterum vero, patre occiso, bona ejus invadendo, quorum heres esse debebat. Heathio in mentem venit αἰσχρῶς ἐπράθην.

v. 909. Αἰσχύνομαί σοι] „Edit. Turn. habet σοῦ, ut videtur quoque inveniisse Schol. nec male; intelligi quippe poterit ἔργον vel simile." *Abresch.* Ergo vero non video, quid hoc faciat ad lectionem σου prae vulgata σοι commendandam. Quaerenti enim Clytaemnestrae: *Ec quod autem pretium tuli hujus, cujus me accusas, venditionis?* respondet Orestes: *Pudet me hoc tibi apertis verbis exprobrare.* Nempe adulteri amores, et impermissa gaudia.

v. 910. Μὴ] scil. αἰσχύνου, q. d. *remitto tibi istum pudorem; exprobrare enim mihi licet, quae vis, modo etiam patris tui malos errores similiter memores.* Μάτας cum dicit, concubinarum amores tangit, quibus Agamemnon obnoxius fuerat.

v. 912. Ἄλγος γυναιξὶν] „Eadem dixerat Clytaemnestra in Agam. v. 870.

Τὸ μὲν γυναῖκα πρῶτον ἄρσενος δίχα
Ἥσθαι δόμοις ἔρημον, ἔκπαγλον κακόν.

" *Stanlej.*

v. 921.

v. 921. ἦ κάρτα μάντις] conf. v. 30 ſqq. v. 522 ſqq.

v. 922. τάδε] His dictis intro abripit matrem Oreſtes, ut eam ſuper Aegiſthi cadavere trucidet, cf. v. 965. Simul hac arte cavit Aeſchylus, ne ſpectatorum oculis objiceretur dira matris caedes filii manibus perpetrata.

v. 924. ἐπήκρισε] „id eſt *multis caedibus finem impoſuit.* Heſych. ἐπήκρισεν, ἐπ' ἄκρον ἤγαγεν, τέλος ἐπέθηκεν." *Stanlej.* Ego vero ἐπήκρισε interpretari malim *exſuperavit.*

v. 925. τοῦθ' ὅμως αἱρούμεθα] Male vertit Stanl. *hoc tamen optamus, ut oculus domus non omnino extinctus cadat.* Hic potius eſt verborum ſenſus: Quamquam humanitatis cauſa Aegiſthi et Clytaemneſtrae mortem dolemus, eaedem tamen, quum Oreſtes tot caedes feliciter exſuperaverit, hoc *laetae accipimus, aedium regiarum oculum non prorſus interiiſſe.*

v. 930. διπλοῦς λέων] „Oreſtem (ni fallor) intelligit et Pyladem, quos Euripides etiam in Oreſte διδύμους λέοντας vocat v. 1402.

> ἦλθον εἰς δόμους, ἵν' αὖθ' ἕκαστά σοι λέγω,
> λέοντες Ἕλλανες δύω διδύμω·
> τῷ μὲν ὁ στρατηλάτας πατὴρ ἐκλῄζετο,
> ὁ δὲ παῖς Στροφίου.

et poſtea v. 1556.

> ἥκω κλύων τἀ δεινὰ καὶ δραστήρια
> δισσοῖν λεόντοιν· οὐ γὰρ ἀνδρ' αὐτὼ καλῶ."

Hactenus bene Stanlejus; idem tamen cum addit poſſe et δίπους legi, ſicut Clytaemneſtra in Agam. v. 1199. a Caſſandra δίπους λέαινα dicetur, joculari errore abreptus haud animadvertit ſi hic δίπους λέων ſcriberetur, reponendum etiam eſſe δίπους Ἄρης, quod eſſet ridiculum.

v. 931. ἔλασε δ' ἐς τὸ πᾶν] Lectionem ἔλακε nemo eſt, qui commode explicaverit. Scholiaſtes legiſſe videtur:

ἤλασε δ' εἰς τέλος

vel

ἤλασε δ' εἰς ἀγῶν'.

Interpretatur enim: ἤλασε δὲ εἰς τὸ τέλος τοῦ δρόμου· ὅ ἐστιν, ἤνυσα τὸν ἀγῶνα. Ἀφίκετο, φησίν, εἰς τὸ τέλος τοῦ ἀγῶνος. Qua in explicatione nullum certe lectionis vulgatae eſt veſtigium. Sed certi nihil definire auſim. Ad ſcripturam vulgatam proxime accederet

ἔλαχε δὴ τὸ πᾶν.

Totum nempe hoc negotium quaſi ſortito obtigit Oreſti.

v. 933. θέοθεν δὲ φραδαῖσιν ὠρμημένος, divinitus oraculis (i. e. divinis oraculis) ad ſumendum de Agamemnonis interfectoribus ſupplicium incitatus.

v. 934. ἐπολολυξάτω] *Maxima voce gratuletur ſibi herilem domum* jam ſua victoria *effugiſſe calamitates, effugiſſe patrimonii attritionem, quae ei a duobus hisce ruentis ſ. pereuntis fortunae contaminatoribus intendebatur.* Sic facillime ſenſus et conſtructio verborum decurrit.

v. 940. μάχα χερὸς] Quamquam Stanleji emendationi μαχαίρας favere videtur Scholiaſtes, qui ſic locum exponit: ἡ δὲ Διὸς θυγάτηρ ἡ δίκη πάρεστιν ἐν τῇ πρὸς Αἴγισθον μάχῃ καὶ ἐφήψατο τοῦ ξίφους, haud ſatis tuto tamen ex iſta paraphraſi colligitur eum legiſſe in codice ſuo μαχαίρας.

v. 941—943. δίκαν — τυχόντες καλῶς] „Diſtinguit poſt τυχόντες interpres, accipitque pro ὄντες. Enimvero male. Tu me ſi ſatis audias, non divelles καλῶς, ſed ex verbo adſumes τοῦ προσαγορεύματος i. e. τοῦ ὀνόματος. Heſych. προσαγορεύουσι, καλοῦσι. Verti oportuit *verum nomen aſſecuti*, vel *proxime accedentes ad verum nomen.*" *Abreſch.*

v. 945.

v. 945. ὀλέθριον — ἐπ' ἐχθροῖς κότον] Vulg. ἐν ἐχθροῖς reddit interpres *adverſus hoſtes*, κατὰ τῶν ἐχθρῶν. Sic Soph. Ajac. v. 1335. βουλήσῃ ποτὲ καὶ δειλὸς εἶναι μᾶλλον ἢ 'ν ἐμοὶ θρασύς. Praeſtat tamen ἐπ' ἐχθροῖς.

v. 946. ὁ Λόξιας — Vulgo addebatur Παρνάσσιος, quod quum metro repugnet, et gloſſema ſapiat, expunxi. Satis enim perſpicue Apollo Delphicus hic deſignatus erat, ut non neceſſe eſſet adjicere Παρνάσσιος.

v. 947. μέγαν ἔχων μυχὸν χθονὸς ἐπ' ὀμφάλῳ] Vulg. χθονὸς ἐπ' ὄχθε, quod videtur ex interpretamento vocabuli ἐπ' ὀμφάλῳ fluxiſſe. Notiſſimum eſt ſedem Apollinis Delphici *umbilicum terrae* appellatum fuiſſe. Sic Eumen. v. 40. Eurip. Med. 668 etc. Ceterum verſiculi 946 ſqq. ſic vertendi ſunt: Δικα, *qua eam Apollo magnum in umbilico terrae receſſum inhabitans duxit ad doloſam mulierem, dolis viciſſim laeſam, quamvis morata, perſequitur.*

v. 950. κρατεῖται — κακοῖς] *Manet in propoſito divinum numen, quo conſtituit malis hominibus non opitulari.* Grotius in excerptis verterat:

Quaedam vis inhibet deum
Ne pravis et atrocibus
Factis auxilium ferat.

Sed κρατεῖσθαι παρὰ τὶ eſt *firmiter alicui inhaerere.*

v. 953. πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν] Sine dubio ſic erat ſcribendum, πάρα (pro πάρεστι), non παρά, quod ſenſum pervertit. Et Stanlejus, quamquam nihil de emendanda ſcriptura monuit, lectionem noſtram tamen verſione expreſſit: *adeſt tempus lucem videndi.*

v. 954. ἅλιος οἴκων] Vulgo ἀφῃρέθην ψάλιον οἴκων, quod prorſus ineptum eſt. Pauwius ἅλιον οἴκων, qua quidem emendatione multa futilia commenta expiare poterat. Concinnius autem eſt ἀφῄρεθην in participium ἀφαιρεθεὶς mutatum cum ἀνάγεται conjungere. Ἅλιος οἴκων vero dicitur Oreſtes, unica familiae Agamemnonis

ſpes et ſolatium. Et *ſolis* imagine nihil eſt, quod aptius reſpondeat verbis praecedentibus πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν.

v. 956. χαμαιπετὴς ἕκειτ' ἀεί.] χαμαιπετὴς dici recte poterat ex antiqua de magnitudine ſolis opinione; praeſertim quum h. l. translate de Oreſte poneretur.

v. 957. τάχα παντελὴς] Hic expunximus χρόνος, quod in omnibus legitur, et ſententiam prorſus pelſumdat. Videtur autem ex gloſſa irrepſiſſe, cum ſcholiaſtes quidam forte putaſſet ad παντελὴς repetendum eſſe ex v. 960. χρόνος. Sed παντελὴς pertinet ad Oreſtem, ἥλιον ὄπωπεν; et ſignificat Chorus eum mox ab omni labe purum ex aedibus exiturum, ſi maculas e tot caedibus familiae adſperſas piaculis noxam propulſantibus abſterſiſſet.

v. 959. καθαρμοῖς ἀτᾶν ἐλατηρίοις] cf. v. 1026 ſqq. et v. 1052.

v. 960. τύχαι — πεσοῦνται πάλιν] Sic mollius correctum cenſeo, quam quomodo Stanlejo placebat τύχα — πεσεῖται. Nempe comparatio ducta eſt a talorum luſu, in quo jactus Venerius εὐπρόσωπον κοίταν ſiſtit. *Tumque fortunae tali fauſto iterum jactu aedium incolis* (Oreſti et Electrae) *omnia ſe jam vidiſſe et audiviſſe mala querentibus cadent.*

IN SCENAM XV.

v. 965—1057.

Oreſtes primum Choro cadavera Aegiſthi et Clytaemneſtrae oſtendit, et acerbe juſtam eorum cladem exagitat. Deinde induſium illud in medium profert, quo tanquam reti captum Agamemnonem necaverant.

v. 966. δωμάτων πορθήτορας] cf. v. 935 ſq.

v. 968. φίλοι τε καὶ νῦν] Simili uſus erat ſarcaſmo v. 886 ſq.

v. 973. τὸ μηχάνημα] Aſtutum illud Clytaemneſtrae inventum, induſium exitum non habens; infra v. 995. dicitur ὄὰλωμα.

v. 975.

v. 975. καὶ κύκλῳ παρασταδὸν] A vera verborum conſtructione aberravit Stanlejus hoc modo interpretatus: *et circumcirca ſtantes integumentum virorum oſtendite.* Ordo eſt: καὶ κύκλῳ ἀνδρῶν παρασταδὸν στέγαστρον δείξατε, *et circulo virorum in propinquo adſtantium hoc integumentum oſtendite;* quod Abreſchius quoque recte intellexit.

v. 982. αἰσχυντῆρος, ὡς νόμος,] *Habet enim adulteri poenam, ut lege receptum eſt.*

v. 985. Φίλον τέως (ſcil. τέκνων βάρος), νῦν δ' ἐχθρόν, ὡς φαίνει, κακόν, *qui liberi ipſi cari ejusque amantes erant,* donec licebat, *nunc vero* ipſius culpa, *ut apparet, ei infeſti et exitioſi facti ſunt.* Quum autem inſolens ſit, Φαίνει pro Φαίνεται poſitum, malim: ὡς Φαίνει κακὸν interpretari, ut haec calamitas ſ. caedes ei inflicta *oſtendit.*

v. 987. σήποι θίγουσ' ἄν] Sic emendavi vulgatam σήπειν θίγουσ' ἄν, in qua vacillat conſtructio. *Poſſit ſane etiam absque morſu aliquam vel ſolo tactu putrefacere.* Hermanno videbatur locus ita conſtituendus:

Οὐ σοι δοκεῖ, μύρκινα γ' εἴτ' ἔχιδν' ἔφυ
Σήπειν θίγουσ' ἂν ἄλλον οὐ δεδηγμένον.

Noſtra tamen ratio confirmari videtur ſimilibus locis Agam. v. 1224. τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος τύχοιμ' ἄν; et Choëph. 989. 993.

v. 988. τόλμης — Φρονήματος] *propter immane illud auſum et impium* quamvis *callidum commentum.* ἄοικον Φρόνημα nempe de *induſio* illo dicitur, quod ante oculos poſitum erat, et quod ſequitur τί νιν προσείπω arctiſſime cum hoc Φρόνημα copulandum. Verſionem Stanlejanam hic magna premit obſcuritas. Vertit enim: *Audaciae cauſa et injuſti animi. Quid modo appellarem?* Imo Φρόνημα eſt idem quod δόλωμα v. 995. et vertendum erat: *Quibus nominibus illud induſii commentum compellem, aut quomodo ejus diritatem verbis eloquar, etiamſi magna dicendi copia abundem?*

v. 990. ἄγρευμα θηρὸς] *An illud rete captandis feris idoneum, an potius integumentum appellem cadaveris pedi-*

bus in loculo involvendis paratum? rete utique et caſſes et veſtimentum pedes irretiens dicere poſſis. Ridicule hic erravit Heathius, haec omnia v. 990—992. de Clytaemneſtra dici ſomnians, quod non viderat νιν in verbis τί νιν προςείπω v. 989. non ad μύραινα v. 986. ſed ad Φρονήματος v. 988. referendum eſſe. Verſus 992. ἄρκυν — πέπλους inſititius videtur.

v. 991. ὀρύτης κατασκήνωμα] Poſt h. v. ſignum interrogandi potius quam comma ponendum. „Scholiaſtes reddit παραπέτασμα ὄρους. Senſu, ut opinor, nullo. Scribendum autem σοροῦ pro ὄρους, iisdem plane literis, ſed transpoſitione facta. Δρύτη enim eſt *loculus*, *ſandapila*, *capulum*. Neque aliter intellexit Scholiaſtes noſter, ut apparet ex loco huic gemino in Eumenidibus v. 635. ubi Scholiaſtes vocabulum ὀρύτη ſic exponit: πυέλῳ τῇ ὡς σορῷ αὐτῷ γενομένῃ. Et licet ὀροίτη potius a Grammaticis quibusdam obſervetur *ſandapilam* ſignificare, quaſi ὀρυοίτη; idem tamen nunc ὀροίτη, nunc ὀρύτη ſcribitur. Et in hoc ipſo negotio Aeſchylus utrumque uſurpat; in Agamemnone ὀροίτη, ut veteres Grammatici obſervarunt. Etymolog. Δροίτη· ἡ πύελος. Ὁ δὲ Αἰτωλὸς φησι τὴν σκάφην ἐν ᾗ τιθηνεῖται τὰ βρέφη. Παρθένιος δὲ τὴν σορὸν καὶ Αἰσχύλος. Euſtathius ad Odyſſ. μ΄. Καὶ ὀρύτη δέ φασι κυρίως ἡ ξυλίνη, ὡς ἀπὸ ὀρυός, ἧς χρῆσις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἀγαμέμνονι. Εἰ δὲ διὰ διφθόγγου γράφεται ἡ ὀροίτη ἐκεῖ (ſcil. in Agamemnone Aeſchyli) διὰ τὸν οἶτον οὐ κωλύει τοῦτο τὴν ῥηθεῖσαν ἑρμηνείαν αὐτῆς· συγκέκοπται γὰρ ἐκ τοῦ ὀρυοίτη. Ἵνα ᾖ κυρίως ὀροίτη, πύελος, ἢ λάρναξ τοῖς τεθνεῶσιν. —" *Stanl.*

v. 993. Φηλήτης ἀνὴρ] „Heſychius: Φιλήτης· κλέπτης, λῃστής. Et Φιλητῶν, γένος κλεπτῶν, hunc locum in Rheſo reſpiciens: v. 217. (ubi tamen altera ſcriptura non minus uſitata obtinet Φηλητῶν).

Ἀλλ' εὖ σ' ὁ Μαίας παῖς ἐκεῖσε καὶ πάλιν
Πέμψειεν Ἑρμῆς, ὅς γε Φηλητῶν ἄναξ." *Stanl.*

v. 994.

v. 994. κἀργυροστερῆ βίον νομίζων, *vitam furacem agens.* „Νομίζειν valet *profiteri*, *exercere.* Ita ὁ νομιζόμενος πρὸ Τριπτολέμου βίος Aristid. Tom. I. p. 395. et τέχνην νομίζειν Eurip. in fragm. ex Alcmaeone v. 3. —" *Abresch.*

v. 996. πολλὰ θερμα ,ι φρενί] *incalescat ad plura ejusmodi facinora perpetranda.* Sic θερμὸν de facinore atrociore, item θερμουργός.

v. 997. τοιάδε μοι] Jam tandem Orestes, hactenus v. 989 — 996. exitiale illud indusium abominatus, ad ipsam Clytaemnestram redit.

v. 998. ἐκ θεῶν, *diis sic volentibus.*

v. 1001. δράσαντι δὲ καὶ πάθος ἀνθεῖ] Vulg. μίμνοντι δὲ καὶ πάθος ἀνθεῖ. Stanl. vertit: *manenti vero etiam dolor augescit*, quasi Chorus significet, se, quo diutius cadavera spectet, eo majore etiam dolore et miseratione capi. Verum haec aliena sunt a Chori sententia, qui modo coeperat indignam Agamemnonis caedem misereri. Quod substituimus δράσαντι confirmatur Scholiastae explicatione, τῷ τοιαῦτα πράξαντι. Gravem enim hanc sententiam Aeschylus valde frequentat, ut supra v. 310.:

Δράσαντι παθεῖν,
Τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ.

et Agam. 1572.:

Μίμνει δέ, μίμνοντος ἐν θρόνῳ Διὸς
Παθεῖν τὸν ἔρξαντα.

v. 1002 sqq. Ἔδρασεν — ἔχων μιάσματα.] Quod jam Stanlejus Heathiusque monuerunt, id nobis quoque extra dubitationem positum esse videtur, haec non Choro, sed Oresti tribuenda esse.

ἔδρασεν] Ut in hanc ἐῆσιν incideret Orestes, occasionem dedit Chori dictum δράσαντι καὶ πάθος ἀνθεῖ. Inde, quae Oresti humanitas erat, paululum coepit addubitare, utrum Aegisthus vere patrem suum occiderit necne? Itaque post ἔδρασεν ἢ οὐκ ἔδρασεν signum interro-

gandi ponendum eſt; et ſupplendum Ἀλλ' ἔδρασε, ante μαρτυρεῖ δέ μοι. *Fecitne an non fecit? Imo vero fecit. Teſtatur ſcilicet hoc veſtimentum, quomodo eum Aegiſthi enſis confoderit.*

v. 1004. Φόνου κηκὶς eſt *ſanguinis ex vulneribus ſcaturigo*, de qua etiam poſt longum tempus liceat conjecturam facere ex maculis, quae veſtis colorem multis locis vitiaverint. Nimirum κηκὶς h. l. non eſt στύμμα, ſ. βάμμα, nec gloſſae ſic exponentes vocabulum ad h. l. pertinent. Sed κηκὶς eſt i. q. ἀνάδοσις, quo ſenſu jam occurrit Agam. v. 969. et Choëph. v. 265.

v. 1006 ſqq. Νῦν αὐτὸν αἰνῶ] Sic Hermannus; ut αὐτὸν pro ἔμαυτον accipiatur. Melius certe quam vulg. νῦν αὐτὸν αἰνῶ. Quia tamen παρὼν adjicitur, nondum me poenitet conjecturae olim propoſitae:

Νῦν αὖ τόδ' αἰνῶ, νῦν δ' ἀποιμώζω παρών,
Πατροκτόνον θ' ὕφασμα προσφωνῶν τόδε
Ἀλγῶ μὲν ἔργα καὶ πάθος, γένος τε πᾶν,
Ἄζηλα νίκης τῆσδ' ἔχων μιάσματα.

Nunc viciſſim hoc (ſcil. ſacinus meum) *probo, nunc vero ob id ingemiſco praeſens* (i. e. huic ſpectaculo adſtans) *et hocce veſtimentum, quo pater necatus eſt, inclamans*, (et quaſi anteſtans) *doleo equidem* (iſtorum, Aegiſthi ſcil. et matris) *facinora et triſtem* (quo puniti ſunt) *exitum, omninoque totum* parentum *genus* miſereor, *victoriam adeptus haud ſane invidendam*, et *cum triſti piaculo* (hauſto matris ſanguine) *conjunctam.* Similiter Oreſtes apud Euripidem Electr. v. 985.

δεινοῦ δ' ἄρχομαι προβλήματος
Καὶ δεινὰ δράσω γ'· εἰ θεοῖς δοκεῖ τάδε,
Ἔστω· πικρὸν δὲ χἠδὺ ταγώνισμα μοι.

Ceterum de veritate lectionis προσφωνῶν dubitare coepi, aptius eſſet προσβλέπων; vel προσφαίνων *demonſtrans, oſtendens*, quod Bothius repoſuit.

v. 1010.

v. 1010. οὔτις μερόπων ἀσινῆ βίοτον] Suspicor legendum esse:

οὔτις μερόπων σύντης βιοτὸν

Nemo facinorosus per totam vitam impunis transibit.

v. 1014. ἄλλος τόδ' — τελεῖ] *De his quidem* (nempe quae Chorus modo dixerat) *alius viderit*, verane an falsa sint: *sed* ea, quae ad me attinent, *quorsum evasura sint, satis certo scio.* Nempe jam sentire incipit Orestes insaniae accessum.

v. 1015 sqq. ὥσπερ — δύσαρκτοι] *Haud secus enim atque auriga cum equis extra viam vehor; jam enim me victum rapit animus perturbatus aegre in sanitate continendus.*

v. 1017. πρὸς δὲ καρδίᾳ — Φόβῳ] Solenne est Aeschylo, vehementiorem cordis pulsum, timoris, angoris, vel irae affectu concitatum, cum saltatione comparare. Sic v. 164. ὀρχεῖται δὲ καρδία Φόβῳ. Transposui autem verba hos versiculos sinientia, vulgo enim est καρδία Φόβος — ὑπορχεῖσθαι κότῳ. *Et jam ira* furiarum *cordi occinere incipit, et hoc prae timore subsultat*, qua imagine nihil aptius, nihil sublimius.

v. 1021. πατροκτόνον μίασμα — στύγος] *Caedis paternae auctorem, foedissimum monstrum ac diis detestabile.*

v. 1022. καὶ Φίλτρα] *Et praeterea incitamentum hujus facinoris me habuisse prae me fero Apollinem.*

v. 1025. οὐκ ἐρῶ τὴν ζημίαν] Quam poenam hic majorem esse pronuntiat, quam ut eam verbis libeat describere, eam supra v. 270 sqq. fusius enarraverat.

v. 1026. τόξῳ γὰρ] τόξῳ significat *conjecturam.* γὰρ ad brevem sententiam, suppressam quidem, sed facile supplendam refertur. *Non lubet dicere*, inquit, *quantas mihi poenas minatus sit Apollo;* quamvis narratione mea opus esset scire antiqua eas cupientibus. *Nam conjectura quidem nemo earum atrocitatem assequatur.*

v. 1029. μεσόμφαλόν θ' ἵδρυμα] „Delphos ſcilicet, de quibus Strabo: τῆς γὰρ Ἑλλάδος ἐν μέσῳ πως ἐστὶ (Delphi) τῆς συμπάσης τῆς τε ἐντὸς Ἰσθμοῦ καὶ τῆς ἐκτός· ἐνομίσθη δὲ καὶ τῆς οἰκουμένης, καὶ ἐκάλεσαν τῆς γῆς ὄμφαλον. Ita certe vocarunt plurimi ſcriptores tam Graeci quam Latini, et frequenter Pindarus in Pyth." *Stanl.*

v. 1030. πυρός τε φέγγος ἄφθιτον κεκλημένον] „Aeterni ignis Delphis ſervati meminit et Plutarchus vita Numae: Ἐπεί τοι τῆς Ἑλλάδος ὅπου πῦρ ἄσβεστόν ἐστιν ὡς Πυθοῖ καὶ Ἀθήνησιν οὐ παρθένοι, γυναῖκες δὲ πεπαυμέναι γάμων ἔχουσι τὴν ἐπιμέλειαν — Hunc Delphicum ignem ligno nutricum fuiſſe, apparet ex Callimachi hymno in Apollinem:

ἀεὶ δέ τοι ἀένναον πῦρ
οὐδέποτε χθιζὸν περιβόσκεται ἄνθρακα τέφρη."

Stanlej. Verum Callimachus de igne in templo Apollinis Καρνείου apud Cyrenaeos loquitur.

v. 1031. αἷμα κοινὸν] Niſi hoc placeat interpretari *ſanguinem communem*, ſ. cognatum, facile ſe probabit Stanleji emendatio καινόν, ſicut v. 1048. ποταίνιον αἷμα dicitur.

v. 1034. ξυμμαρτυρεῖν] Hoc verbum ut aptiſſimum ſubſtitui h. l. pro vulg. καὶ μαρτυρεῖν μοι, in quo et καὶ et alterum μοι prorſus ſupervacuum eſt. *Wakefieldus* in ſilva critica (Cantabrigiae anno 1792. edita) P. III. pag. 68. emendabat:

Τὰ δ' ἐν χρόνῳ μου πάντας Ἀργείους λέγω
Καταμαρτυρεῖν ὅπως ἐπορσύνθη κακά.

At καταμαρτυρεῖν τινος eſt *teſtimonium adverſus aliquem dicere*, ſ. eum *teſtimonio premere*. Μέλε' ὡς ex conjectura Hermanni aſcivi, etſi anapaeſtum inducit, quia ſic intelligitur unde lectiones μενέλεως et λέως ortae ſint. Anapaeſtum tamen vitaveris legendo:

μέλε' ὅσ' ἐπορσύνθη κακά.

v. 1035.

v. 1035 ſqq. Ἐγὼ δ' ἀλήτης —] Hic poſt λιπὼν apoſiopeſeos vel pauſae ſignum appingendum erat. *Ego vero jam exul ab hac terra errabo, et vivus mortuusque* peſſimam hanc *famam* (matricidae ſcil.) *relinquens* . . .

v. 1037 — 1040. Hos verſiculos multo aptius Choro quam Oreſtae tribui facile quisque ſentiet. Itaque μηδ' ἐπιγλωσσῶ κακὰ vertendum: *neque tibi ipſi mala ominare.* Heſych. ἐπιγλωσσῶ, ἐποιωνίζου διὰ γλώττης. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις.

v. 1041. Γοργόνων δίκην] „Nempe πεπλεκτανημέναι δράκουσιν. Apollodorus lib. II. εἶχον δὲ αἱ Γοργόνες κεφαλὰς μὲν περισπειραμένας Φολίσι δρακόντων. In Prometheo v. 797.

— τρεῖς κατάπτεροι
Δρακοντόμαλλοι Γοργόνες." *Stanl.*

v. 1042. Φαιοκχίτωνες] „Ita Menedemo Cynico, qui Furias veſtitu imitatus eſſe dicitur, χιτὼν erat φαιὸς ποδήρης teſte Diogene Laërtio in vita ejus. Et Caſſiteridum inſularum incolae, Furiis itidem ſimiles, μελαγχλαίνοι deſcribuntur Straboni lib. III. ποδήρεις ἐνδεδυκότες χιτῶνας. Porro ipſas Furias, quae Oreſtem inſectatae ſunt, nigris veſtibus indutas fuiſſe diſcimus ex Eumenid. v. 52. ubi dicuntur:

μέλαιναι δ' ἐς τὸ πᾶν βδελύκτροποι.

Refert et Pauſanias in Arcadicis eas Oreſti primum nigras apparuiſſe. De nigra ſeu pulla veſte accipiendus Lycophron cum Ἐριννύων ἐσθῆτα dicit." *Stanl.* Ceterum pro vulgari φαιοχίτωνες metri cauſa ſcribendum eſſe φαιοκχίτωνες monuit Hermannus.

πεπλεκτανημέναι πυκνοῖς δράκουσιν] „Oreſtes apud Euripidem in tragoedia cognomine

— μὴ 'πίσειέ μοι
Τὰς αἱματωπούς καὶ δρακοντώδεις κόρας.

certi nihil effici poteſt. Scholiaſtes quidem Γοῦλος, ſi nominativus caſus ſit, interpretatur: ἄνεμος ὅταν [illegible] διὰς κινηθῇ χαλεπὸν πνεῦμα. Sed unde haec ille arripuit? Neque adeo nominativus per conſtructionem haec admittitur.

v. 1066. Anxius de futuro Chorus dubitat, an [illegible]ſtem ſoſpitatorem potius, ob regnum Clytaemneſtr[illegible] et Aegiſthi tyrannide liberatum, an μόρον h. e. nov[illegible]-dis auctorem dicat, quae forte ſit piaculum ex [illegible] caede conceptum conſecutura.

v. 1068. ποῦ δῆτα κρανεῖ;] Similis querela de [illegible]nuatis Pelopiae domus calamitatibus apud Soph[illegible]em Electr. v. 505.

IN

AESCHYLI

EUMENIDES.

Catullus, 65, 193.

Quare facta virum multantes vindice poena
Eumenides, quibus anguineo redimita capillo
Frons expirantis praeportat pectoris iras.

Horat. Carm. II. 13.

et intorti capillis
Eumenidum recreantur ungues.

Aeſchylum fictionis auctorem laudat Pauſanias in Atticis: Πρῶτος δὲ σφισιν Αἰσχύλος δράκοντας ἐποίησε ὁμοῦ ταῖς ἐν τῇ κεφαλῇ θριξὶν εἶναι." *Stanl.*

v. 1044. πάτρας] Hoc ſubſtitui vulg. πατρί, quia aptius eſt, ut Chorus a fuga ex *patria* Oreſtem his verbis avertat. Cur autem hic omnium hominum *patri dilectiſſimus* dicatur, ratio non conſtat. Ac forſan ſcripſit poëta:

φίλτατ' ἀνδρῶν ἐκ πάτρας
στροβοῦσιν.

v. 1047. μητρὸς ἔγκοτοι κύνες] „Supra v. 921.
φυλάξαι μητρὸς ἐγκότους κύνας.

Recte canes. Eumenid. v. 131.

Ὄναρ διώκεις θῆρα, κλαγγαίνεις δ' ὅπερ
Κύων μέριμναν οὔποτ' ἐκλιπὼν πόνου.

et v. 246.

Τετραυματισμένου γὰρ ὡς κύων νεβρὸν
Πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν ἐκμαστεύομεν.

Ita Virgilio etiam dictae lib. 6.

— Viſaeque canes ululare per umbram
Adventante dea.

Et Lucano, VI. 733.

— Stygiasque canes in luce ſuperna
Deſtituam —". Stanl.

v. 1048.

v. 1048. ποταίνιον] Hesych.: Ποταίνιον· νέον, πρόσφατον.

v. 1951. αἷμα δυσφιλὲς] „Virus, quo inficiebantur cuncta. cf. Eumenid. v. 54." *Stanl.*

v. 1052. εἰσὶν καθαρμοί.] Sic emendavi vulg. lectionem εἶσω καθαρμός, quam recentiores post Turnebum servant. Sic Clytaemnestra Agam. v. 962. ἐστὶν θάλασσα.

v. 1056. ἀλλ' εὐτυχοίης] „Nostrum aperte imitatus Sophocl. Oed. Tyr. v. 1492. Ἀλλ' εὐτυχοίης καὶ σὲ τῆσδε τῆς ὁδοῦ Δαίμων ἄμεινον ἢ μὲ φρουρήσας τύχοι. Et sic ἀλλ' εὐτυχοίτην Eurip. Iph. Aul. v. 716. Add. v. 1557. et Iph. Taur. v. 841." *Abresch.*

IN SCENAM XVI.

v. 1060. πνεύσας γονίας] Locus ob vocabulum γονίας non solum inusitatum, sed etiam explicatu difficile mendi suspectus. Hesychius quidem hanc glossam suppeditat Γονίας, εὐχερής. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι. Sed in Agamemnone vocabulum Γονίας nusquam occurrit, et si Hesychius hunc nostrum locum respexit, nec omnino intelligitur, quomodo γονίας possit εὐχερὴς significare, neque, quid ad h. l. εὐχερείας notio pertineat. Heathius Pauwiana commenta jure suo aspernatus nihil tamen attulit, quod magnopere placeat. Languet enim emendatio: πνεύσας φόνιός γ' ἐτελέσθη. Si γονίας librariis debetur, Aeschylus forsan scripserat:

πνεύσας μανίας ἐτελέσθη.

tempestas furores spirans haud indigna esset Aeschyli stilo metaphora. Similis locus in Agamemnone v. 1544.

Δέδοικα δ' ὄμβρου κτύπον δομοσφαλῆ
Τὸν αἱματηρόν, ψεκὰς δὲ λήγει.

et ἀλληλόφονοι μανίαι μελάθρων occurrebant Agam. v. 1586. Forsan aliquis praetulerit πνεύσας γ' ἀνίας ἐτελέσθη. Sed certi

certi nihil effici poteſt. Scholiaſtes quidem Γονίας, quaſi nominativus caſus ſit, interpretatur: ἄνεμος ὅταν ἐξ εὐδίας κινηθῇ χαλεπὸν πνεῦμα. Sed unde haec ille arripuit? Neque adeo nominativus per conſtructionem haec admittitur.

v. 1066. Anxius de futuro Chorus dubitat, an Oreſtem ſoſpitatorem potius, ob regnum Clytaemneſtrae et Aegiſthi tyrannide liberatum, an μόρον h. e. novae cladis auctorem dicat, quae forte ſit piaculum ex matris caede conceptum conſecutura.

v. 1068. ποῦ δῆτα κρανεῖ] Similis querela de continuatis Pelopiae domus calamitatibus apud Sophoclem Electr. v. 505.

IN

IN

AESCHYLI
EUMENIDES.

IN

AESCHYLI EUMENIDES.

ARGUMENTUM TRAGOEDIAE.

Haec fabula Oreſtias, tanquam tertia parte, abſolvitur. Prima enim, quae Agamemnon inſcribitur, Oreſtis patrem ſiſtit Clytaemneſtrae matris ejusque adulteri ſcelere interfectum. Choëphoris continetur filii ultio de impia matre ſumta. Eumenides Oreſtem exhibent piaculo caedis maternae, propter quam a furiis agitabatur, Apollinis et Minervae conſiliis liberatum. Prima pars tragoediae Delphis, altera Athenis agitur. Prologum agit Pythias templum Apollinis Delphici vaticinandi cauſa ingreſſura, quae Furiarum in templo dormientium adſpectu exterrita refugit (v. 1 — 62.). Templo jam ſpectatorum oculis aperto (Scena II. v. 64 — 93.) apparent Apollo et Oreſtes cum Mercurio, furiis etiamnum ſomno oppreſſis. Apollo Oreſtem Athenas ad Minervae templum proficiſci jubet, eumque comiti Mercurio commendat. Sequitur Scena III. (v. 94 — 137.) in qua Clytaemneſtrae umbra Furiis dormientibus exprobrat, quod paſſae ſint parricidam aufugere. Hanc objurgationem excipit Chori canticum, quo Eumenides ſe ab Apolline de-

v. 5. τρίτῳ λάχει] *Tertiam autem vicem obtinuit, illa quidem volente, haud vi*, ut quidam perhibent, coacta. Nempe „Apollinem vi Delphicum Oraculum occupasse" ex Pindaro refert Scholiastes, expulsa scilicet Themide; ideoque Terram, Themidis matrem, quaesivisse, ut in Tartarum eam praecipitaret. Idem dicit et Euripides in Iphigenia Taurica v. 1259.:

Θέμιν δ' ἐπὶ Γᾶς ἰὼν παῖδ' ἀπενάσατο
Ἀπὸ ζαθέων χρηστηρίων.

et postea v. 1267.:

— Γαῖα δὲ
Μαντεῖον ἀφτίλετο τιμὰν
Φοῖβον φθόνῳ θυγατρός." — *Stanlej.*

Utrum vero Aeschylus, quod hic de Phoebe narrat, confinxerit, an apud Cyclicos, quos secutus est, invenerit, equidem decernere non ausim.

θελούσης] „Similiter θελήσας pro ἑκὼν Soph. Oedip. Col. v. 790. Πρὸς βίαν, ut Sophocl. Ajac. v. 1344. pro quo βίᾳ Thucyd. VI. 92. τῆς ἁπάσης Ἑλλάδος ἑκούσης καὶ οὐ βίᾳ ἡγήσεσθε." *Abresch.*

v. 6. Τιτανὶς] Assentior Wakefieldo hanc distinctionem fere praeferenti

Τιτανὶς ἄλλη, παῖς χθονός.

v. 7. Φοίβη] „quam faciunt nonnulli Latonae matrem teste Heraclide p. 416. ed. *Gale:* inter quos nomen suum profitetur Hesiodus Theog. 407. qui ibid. v. 136. dicit Themin et Phoeben sorores esse, Coeli terraeque filias." *Wakefield.*

δίδωσιν δ' ἣ] *dat vero illa.* Abreschius animadv. T. II. p. 359. docet non οἷ, nec ἣ, sed ἡ legendum esse. Atqui ἣ h. l. non est relativum, sed articulus praepositivus cum vi demonstrandi, ideoque recte cum accentu pronuntiandus.

γενέθλιον δόσιν] „Munus die natali missum, non eo die quo natus est, sed quo nomen impositum. Ita clare distin-

distinguit Terentius loco statim proferendo, ad quem haec annotat Servius: *Solebant enim antiqui octavum diem pueri natalem constituere, et eo die singulis annis laetum convivium parare, sicut Judaei in octava die circumcidunt*, et id non leviter probant Aeschyli verba, quae proxime sequuntur. Ita et Hesychius „Ἀμφίδρομον θεὸν Aeschyli explicat per γενέθλιον. — Ἀμφίδρομος· Αἰσχύλος· Σεμέλῃ ἔπλασε δαίμονα καινὸν περὶ τὰ Ἀμφιδρόμια, ὡς εἰ ἔλεγες τὴν γενέθλιον, cum tamen Amphidromia quinto post partum die observata fuerint. Morem hunc munera die lustrico mittendi non facile observabis: memorat vero Terent. Phorm. I. 1, 12.

— *porro autem Geta*
Feretur alio munere, ubi hera pepererit.
Porro alio autem, ubi erit puero natalis dies
Ubi initiabunt;

ad quae Servius: *Solebant enim in illo octavo die dare puero amici vel bovem vel ovem, vel aliud munus.* Scholiasten, qui γενέθλιον δόσιν interpretatur τὸ ὀπτήριον, reprehendit Meursius Exerc. Crit. p. 2. immerito. Etenim munera, quae spectandi causa dantur, ὀπτήρια dici satis constat. Callimachi Scholiastes in Hymn. 3. v. 74. ὀπτήρια, τὰ ὑπὲρ τοῦ ἰδεῖν δῶρα. Et quod ita nuncupata fuerint munera natalitia, diserte docent ipsius Callimachi verba, qui Dianam infantem a matre Latona Vulcano oblatam narrat; ut ὀπτήρια daret:

Κούρα σὺ δὲ προτέρω πέρ, ἔτι τριέτηρος ἐοῦσα
Εὖτ' ἔμολεν Δητώ σε μετ' ἀγκαλίδεσσι φέρουσά
Ἡφαίστου καλέοντος ὅπως ὀπτήρια δοίη.

Alias ὀπτήρια dicuntur τὰ ἐν τοῖς ἀνακαλυπτηρίοις διδόμενα δῶρα τῇ νύμφῃ teste Hesychio, cujus verba fere Scholiastae Callimachi nomine oscitanter profert Meursius." *Stanl.*

v. 8. τὸ Φοίβης δ' ὄνομ' ἔχει παρώνυμον] „Aeschylus, qui multus est in paronomasiis observandis, vult Phoebum ut Oraculum ita et nomen a Phoebe derivasse. Latona

enim Phoebes filia, filius Latonae Phoebus. Φοῖβος igitur παρωνύμως ἀπὸ τῆς μάμμης Φοίβης, ut loquitur Eustathius; ἀπὸ Φοιβης μάμμης νομικῶς ὡς Ἡσιόδος, inquit Etymol. Negat id recte dictum Sylburgius: *Φοίβη enim non avia Phoebi est, sed avi soror, soror videlicet Saturni, Coeli et Terrae filia*, ut Apollodorus initio lib. I. et Hesiodus Theog. v. 136. memoriae prodiderunt. Haec ille adversus sententiam veterum minus recte. Phoebe enim non tantum avi soror, sed et avia; avi quidem ex patre soror, ex matre autem avia. Phoebe enim mater Latonae, Latona Phoebi. Et hic notandus veterum Graecorum ritus, ut liberi scilicet proximorum cognatorum nomina acciperent. Demosthenes contra Boeotum de nomine, ἀξιοῖ δὲ αὐτὸς ὡς ὀλ πρεσβύτερος ὢν τοὔνομ' ἔχειν τὸ τοῦ πρὸς πατρὸς πάππου. Et ibid. Ἔστι δ' ὁ Βοιωτὸς ἀδελφοῦ τῆς τούτου μητρὸς ὄνομα. Ἐπειδὴ δὲ εἰςάγειν ὁ πατὴρ τούτους ἠναγκάζετο — οὕτω τοῦτον εἰςάγειν Βοιωτόν. Vide et Polyaenum Strateg. VI. 6. Qui ritus a Graecis ad Romanos derivatus est. Suetonius Neronis c. 6. *Futurae felicitatis signum evidens lustrico die exstitit. Nam C. Caesar rogante sorore, ut infanti ei, quod vellet nomen daret, intuens Claudium ejus dare se dixit.* Verum haec Aeschylea Phoebi etymologia non placet Heraclidi in allegoriis Homericis." *Stanl.*

v. 9. λιπὼν δὲ λίμνην] „Saepe ita λίμνη pro *mari*. In Suppl. v. 538. *Soph.* Trach. v. 646. ubi Schol. *Aristoph.* Av. v. 1339. ibid. Schol. *Eurip.* Herc. Fur. 410. *Hesych.* et *Suid.*" *Abresch.*

χοιράδα] „Χοιράς teste Schol. Eurip. ad Androm. v. 1265. est πᾶσα πέτρα ἐξέχουσα καὶ περικλυζομένη θαλάσσῃ σπήλαιον ἔχουσα, ἐν ᾗ εἰώθει ἐκ θαλάσσης ἀνιοῦσα διατρίβειν ἡ Θέτις, quomodo nempe in postremis corrupta legenda puto. Forsan quoque pro ἐν ᾗ dederat ἐν ᾧ." *Abresch.*

„*Rupem* vero *Deliam* dixit Aeschylus, et similiter Euripides Troad. v. 89. Δηλίους χοιράδας, ideo quod arida

et

et ſaxoſa eſſet haec inſula, dicta inde κρανικὰ Δῆλος ab Orpheo ſ. Onomacrito in Argonauticis, et praeterea a Pindaro Iſthm. od. I. ubi juxta veteres ejus enarratores τραχεῖα καὶ πετρώδης ἡ νῆσος eadem traditur." *Spanh.* ad Callim. hymn. in Del. v. 268.

Appoſuimus hasce Abreſchii Spanhemiique notas, quamquam nihil faciunt ad h. l. recte intelligendum. Nempe λίμνη non eſt, ut Abreſchius putabat, *mare*, ſed *palus Deliaca*, ad quam Apollo natus erat, et Δηλίαν χοιράδα Aeſchylus non de univerſa inſula Delo, ſed potius de *Cyntho monte* intelligi voluit. λίμνην Δηλίαν τε χοιράδα, dictum eſt pro λίμνην καὶ χοιράδα Δηλίαν. Ejusdem paludis Deliacae mentionem facit Callimachus Hymn. in Del. v. 261. qui eam τροχόεσσαν appellat et περιηγῆ λίμνην. H. in Apoll. v. 59. item Euripides Ione v. 267. et Iphig. Taur. v. 1103. Τροχοειδῆ vocatam eſſe, auctor eſt Herodotus lib. II. c. 170. ubi cf. doctiſſimi Larcheri notam, verſionis T. II. p. 507.

Δηλίαν τε χοιράδα] „Diverſam lectionem haud negligendam conſervavit *Scholiaſtes*, ſi gloſſa recte conſtituatur ad hunc modum: Ἄλλως Δηλίαν τε κοιλάδα· τὴν στρογγύλην. —" *Wakefield.* Sed χοιράδα unice verum eſt.

v. 10. ἐπ' ἀκτὰς — Παλλάδος] *cum Athenas appuliſſet Apollo.*

v. 12. πέμπουσι] „Ubique Athenas celebrandi occaſionem captat Aeſchylus, ideoque hic artificio ſummo Apollinem ab Athenienſibus deductum commentus eſt, ut pompa, quam Delphos mittebant, tam egregia et celebri origine niti videretur. Pindarus vero in laudem patriae ſuae ex Tanagra Boeotiae, ut obſervat Scholiaſtes noſter, deduci finxit. Verum cum noſtro convenit Ephori hiſtoria apud Strabonem, lib. IX. καθ' ὃν χρόνον τὸν Ἀπόλλωνα τὴν γῆν ἐπιόντα ἡμεροῦν τοὺς ἀνθρώπους ἀπό τε τῶν ἀνημέρων καρπῶν καὶ τῶν βίων ἐξ Ἀθηνῶν ὁρμηθέντα ἐπὶ

Δελφοὺς ταύτην ἰέναι τὴν ὁδὸν ἢ νῦν Ἀθηναῖοι τὴν Πυθιάδα πέμπουσι." *Stanl.*

v. 13. κελευθοποιοὶ παῖδες Ἡφαίστου] Recte interpretatus est Wakefieldus *fabros*, et id genus artifices mercenarios, viam salebrosam, (addas licet: virgultis fruticibusque obsitam et impeditam) difficilemque pompae sternentes, et impedimenta omnia amoventes ad Delphum proficiscentibus. Erravit Stanlejus, cum Aeschylum ad Thesei facinus in latronibus trucidandis respexisse putavit.

v. 16. Δελφός τε] „Mira constructio, quam Scholiastes comminiscitur, qui populum esse regem autumat. Aeschylus enim sine dubio voluit Delphum quendam tum fuisse illius loci regem; a quo scilicet urbi nomen; nam observat Pausanias Phoc. p. 321. Δελφὸν δὲ εἶναι ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα τῇ πόλει τὸ ἐφ' ἡμῶν ἐστιν. Et p. 322.: Οἱ μὲν δὲ γενεαλογεῖν τὰ πάντα ἐθέλοντες, παῖδα εἶναι Δελφοῦ Πύθιν, καὶ ἀπὸ τοῦ βασιλεύσαντος γενέσθαι τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἤγηνται. A Delpho ergo Delphi, a Pythe Pytho. Ipse Schol. paulo ante ex Epaphrodito: Μελαίνης δὲ καὶ Ποσειδῶνος Δελφός, ἀφ' οὗ Δελφοί —" *Stanl.*

πρυμνήτης ἄναξ] cf. v. 755. et Sept. adv. Theb. v. 2.

v. 17. τέχνης — ἔνθεον] Nec τέχνη cum Pauwio reponendum, neque, quod voluit Anteschius, posti τέχνης, ἕνεκα supplendum est. Τέχνης ἔνθεον φρένα κτίσας significat *postquam ejus mentem divina vaticinandi arte implevit.* Ordo autem verborum est: Ζεὺς δέ νιν, κτίσας φρένα ἔνθεον τέχνης, ἵζει τέταρτον.

v. 19. Διὸς προφήτης] „Virgil. Aeneid. III.

Accipite ergo animis, atque haec mea figite dicta
Quae Phoebo pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo
Praedixit.

Ubi Servius: *Notandum Apollinem, quae dicit, a Jove cognoscere.* Et Macrobius Saturnal. V. 22. *Affirmo doctissi-*

ctiſſimum vatem etiam in hoc Aeſchylum eminentiſſimum tragoediarum ſcriptorem ſecutum, qui in fabula quae Latina lingua Sacerdotes *inſcribitur* (nempe Ἱέρειαι) ſic ait:

Στέλλειν ὅπως τάχιστα· ταῦτα γὰρ πατὴρ
Ζεὺς ἐγκαθίει Λοξίᾳ θεσπίσματα.

Et alibi (hunc ipſum locum innuens):

Πατρὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας θεός.

Ecquid clarum factum eſt, inde ſumſiſſe Virgilium, quod Apollo ea vaticinatur, quae ſibi Jupiter fatur? —" Stanl.

v. 20. τούτους] Terram ſcilicet, Themin, Phoeben, Apollinem." *Stanl.*

v. 21. Παλλὰς προναίᾳ] „Delphis Pronaeam fuiſſe Palladem, quod ante templum Apollinis eſſet collocata, et hinc patet, et ex verſu Callimachi a Schol. allato:

Χ' ἡ Παλλάς, Δελφοῖνιν ὅθ' ἱδρύοντο προναίην.

Et erat aedes ei ſacra, ut Pauſanias in Phocicis ὁ τέταρτος (ναὸς) Ἀθηνᾶς ἐστι Προνοίας (leg. Προναίας). Ejusdem cognominis Minerva et ad Thebas. Pauſanias in Boeoticis Πρῶτα μὲν δὴ λίθου κατὰ τὴν εἰκοδόν ἐστιν Ἀθηνᾶ καὶ Ἑρμῆς ὀνομαζόμενοι Πρόναοι. De hac intelligendus mihi videtur Aeſchines Orat. contra Cteſiphontem, ἀναθεῖναι Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ καὶ τῇ Ἀρτέμιδι καὶ Λητοῖ καὶ Ἀθηνᾷ Προνοίᾳ leg. Προναίᾳ. Licet mendum ſatis ſit antiquum et apud Harpocrationem etiam recipiatur. Sed videndus omnino de hac re Meurſius in lectionibus Atticis." *Stanl.*

Παλλὰς προναίᾳ] „Diodorus Siculus de Perſis templum Delphicum vaſtantibus XI. 14. οἱ δὲ ἐπὶ τὴν σύλησιν τοῦ μαντείου πεμφθέντες προῆλθον μὲν μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς Προναίας Ἀθηνᾶς. *Heſychius:* Προναίας Ἀθηνᾶς τέμενος ἐν Δέλφοις." *Wakefield.*

v. 22. ἔνθα Κωρυκὶς πέτρα] „Κωρυκὶς πέτρα, interprete Scholiaſte Παρνασσός, ſed minus recte; additur enim κοίλη, ut intelligatur ἄντρον Κωρύκιον, quod non erat poëtae praetereundum; eſt enim omnium, quae notatu

digna, maximum; obſervante Pauſania. Nymphas autem illic veneratur Pythia tum quod nomen ſortitum ſit a Nympha (λέγεται δὲ καὶ ἄλλος διάφορος λόγος τῷ πρότερον, Ἀπόλλωνι ἐκ Νύμφης Κωρυκίας γενέσθαι Λύκωρον, καὶ ἀπὸ μὲν Λυκώρου πόλιν Λυκώρειαν, τὸ ἄντρον δὲ ὀνομασθῆναι τὸ Κωρύκιον ἀπὸ τῆς Νύμφης. Pauſanias in Phocicis); tum quod Nymphis cum Pane potiſſimum haberetur ſacrum. Ἱερὸν δὲ αὐτὸ οἱ περὶ τὸν Παρνασσὸν Κωρυκίων τε εἶναι Νυμφῶν καὶ Πανὸς μάλιστα ἡγήνται, Pauſan. ibid." *Stanl.* Addendus Strabonis locus lib. IX. Ἱεροπρεπὴς δ' ἐστὶ πᾶς ὁ Παρνασσός, ἔχων ἄντρα τε καὶ ἄλλα χωρία τιμώμενά τε καὶ ἀγιστευόμενα· ὧν ἐστὶ γνωριμώτατον καὶ κάλλιστον τὸ Κωρύκιον Νυμφῶν ἄντρον, ὁμώνυμον τῷ Κιλικίῳ.

v. 23. φιλορνις] Scilicet lucus, qui antrum Corycium cingebat, ab avibus frequentabatur.

δαιμόνων ἀναστροφὴ] *deorum diverticulum*, *locus a diis frequentatus.*

v. 24. Βρόμιος δ' ἔχει τὸν χῶρον] *inprimis autem Bacchus hanc ſedem obtinet*, cui ex duobus Parnaſſi verticibus alterum ſacrum fuiſſe conſtat. Stanlejus comparat Eurip. Iph. Taur. v. 1243.

Τὰν βακχεύουσαν Διονύσῳ
Παρνάσιον κορυφάν.

v. 25. 26. Penthei interitus ab Agave ceterisque Bacchabus diſcerpti luculenter depingitur apud Eurip. Bacch. v. 1110 ſqq.

v. 26. καταῤῥάψας] Wakefieldus mavult καταῤῥάξας, *violenter impingens fatum.* Sed cum ῥάπτειν praeter propriam *ſuendi* vim, ſignificet etiam *ſtruere*, *machinari*, nihil opus eſt vulgatam lectionem movere.

λαγὼ δίκην] Sicut lepuſculus enim diſcerpitur, Pentheus a Bacchabus lacerabatur. Et viſa ſibi eſt Agave, dum in filium irruebat, in leonem, ut Euripides l. l., vel in aprum, ut Ovidius memorat (Metam. III. 715.), ir-

irruere; apud quem alia similitudine illustratur facilitas ac celeritas sumti de Pentheo supplicii:

Visis ululavit Agave,
Collaque jactavit, movitque per aëra crinem,
Avulsumque caput digitis complexa cruentis
Clamat: Io comites, opus haec victoria nostrum est.
Non citius frondes autumno frigore tactas
Iamque male haerentes altâ rapit arbore ventus,
Quam sunt membra viri manibus direpta nefandis.

v. 27. Πλείστου τε πηγὰς] „Post Corycias Nymphas Plistum invocat; illae enim hujus fluvii filiae, ut refert Apollonius lib. II. v. 713.

Πολλὰ δὲ Κωρυκίαι νύμφαι Πλείστοιο θύγατρες.

Nihil tritius apud Poëtas veteres, quam fluviorum invocatio. Noster in Suppl. v. 1031.

μηδ' ἔτι Νείλου
Προχοὰς σέβωμεν ὕμνοις." *Stanl.*

Ποσειδῶνος κράτος] „Non sine ratione et Neptunum invocat, cujus prius fuerat urbs Delphi, donec eam Calauria (Taenaro, ut Strabo) permutaverat. Callimachus:

Μέσφα Καλαυρείης ἦλθεν ἐς ἀντίδοσιν." *Stanl.*

Minime vero audiendus Wakefieldus cum pro κράτος substituendum censet κύτος.

v. 29. ἔπειτα — καθιζάνω] *Jam vero his precibus* rite peractis *in eo sum, ut in sede sacra confideam vaticinatura.*

v. 30. εἰσόδων] Male hoc Abreschius de *reditibus* accepit. Rectius Wakefieldus: *felicior ingressus prioribus contingat mihi;* vel ut pressius Tragici verba sequamur: Et nunc quidem precor, ut haec numina, quae invocavi, hunc ingressum superiorum omnium longe faustissimum esse velint; ordo enim verborum hic est: καὶ νῦν δοῖεν με τυχεῖν μακρῷ ἄριστα τῶν πρὶν εἰσόδων.

v. 32. κεἰ παρ' Ἑλλήνων] Male Abreschius κ' εἰ πάρ' Ἑλλήνων τινες, quasi πάρα pro πάρεισι dictum sit. Immo elliptice est forma κεἰ παρ' Ἑλλήνων τινὲς πάρεισι, et si adsint a Graecis nationibus legati quidam oraculum consulturi, ἴτων πάλῳ λαχόντες, *accedant ordine, qui sortito iis obtigit.* Nempe id ita fiebat (quod Spanhemius ad Callimach. in Apoll. v. 45 exposuit), „ut quum olim ac diu quidem, notante id Plutarcho Q. Graec. p. 292. semel tantum in anno et fixta quadam die, postea singulis mensibus liceret Delphicum oraculum consulere, tum adventante die, forte electi e Delphis primates viri, qui Tripodi Delphico adstarent, ibique ab iis sortes jacerentur, quinam et quo ordine ex iis, qui nomina tum Delphis ad consulendum oraculum, oblatis prius pro more donariis, ediderant, essent admittendi. Quod factum solemni illa formula, quae a Simplicio traditur lib. II. Physic. p. 75. et a Kühnio ad Ael. V. H. p. 245. erudite animadversa. Δελφοῖς δὲ καὶ προκατῆρχεν ἐν ταῖς ἐρωτήσεσιν, ὦ Τύχη καὶ Λοξία τίνι θεμιστεύεις. *Delphis etiam primum locum (Fortuna nempe) in interrogationibus tenuit: o Fortuna et Apollo cuinam respondes s. vaticinaris?* Ubi vero sors exisset, ei cui illa obtigerat, tum laxatis templi foribus et mactata prius ad aram ove, patebat in sacellum ejusdem aedis aditus." —

v. 33. μαντεύομαι γάρ] *Carmina* enim s. vaticinia eo ordine pronuntio, *quo deus* Apollo, sortibus scilicet imperans, me duxerit. His dictis Pythias, quod recte admonuit Scholiastes, templum ingreditur; scenaque aliquantisper vacuefit, donec Furiarum adspectu exterrita e templo redeat.

v. 34 sqq. ἦ δεινὰ] *Sane terribilia dictu, terribilia visu* sunt, quae me coëgerunt ex aedibus Apollinis huc redire.

v. 36.

v. 36. ὡς μήτε σωκεῖν,] *ut nec viribus* prae terrore *valeam*: „σωκῶ· ἰσχύω, ut Sophocl. Elect. 119. μούνη γὰρ ἄγειν οὐκ ἔτι σωκῶ λύπης ἀντίῤῥοπον ἄχθος." *Wakefield.*

μήτε μ' ἀκταίνειν βάσιν] Sic rectius ſcribendum erat, quam ut nonnulli μήτ' ἐμ' ἀκταίνειν βάσιν. Exprimitur autem his verbis naturalis terroris effectus, ut noſtri dicunt: *ich kann vor Schrecken keinen Fuſs aufheben.* Heſych. Ἀκταίνειν· μετεωρίζειν. De vocabulo ἀκταίνειν docte diſputat Ruhnkenius ad Timaei lex. Plat. p. 20. ed. 2. unde, quae ad noſtrum locum faciunt, mutuabimur. Primum affert ex Phrynichi Προπαρασκευῇ Σοφιστικῇ MS. hanc gloſſam: Ἀκταινῶσαι σημαίνει μὲν τὸ ὑψῶσαι, καὶ ἐπᾶραι, καὶ μετεωρίσαι. Εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς ἀκτῆς τοῦ φυτοῦ, ἀφ' οὗ τὰ ἀκόντια τέμνεται καὶ ἐπεὶ τὰ ἀκόντια εἰς ὕψος αἴρεται ἀφιέμενα, διὰ τοῦτο καὶ ἐπὶ παντὸς ὑψουμένου καὶ πηδῶντος μεθ' ὁρμῆς ἐτέθη τὸ Ἀκταινῶσαι. Αἰσχύλος· οὐκ ἔτ' ἀκταίνω, φησὶ βαρυτόνως, οἷον οὐκ ἔτ' ὀρθοῦν δύναμαι ἐμαυτόν. — Etymol. M. pag. 54. Ἀκτάινω, ἐπὶ ἵππων. Ἀκταίνειν, τὸ μετεωρίζεσθαι, καὶ ἐπαίρεσθαι· καὶ γαυριᾶν. Παρὰ τὸ ἦκται, ἀκτὸς καὶ ῥῆμα ἀκτῶ, ἀφ' οὗ τὸ κουφίζω παρὰ Αἰσχύλῳ, ἐξ οὗ Ἀκτάινω (quod recte Ruhnkenius ſic emendat: ἀφ' οὗ Ἀκτάινω τὸ κουφίζω, παρὰ Αἰσχύλῳ), καὶ Ἀκταῖον μένος τὸ ἀνάγον καὶ δυνάμενον ἀνορθοῦν.

v. 37. τρέχω δὲ] Priorum hic verborum conſtructio πάλιν μ' ἔπεμψεν, non proxime antecedentium, continuatur. Jam Scholiaſtes vidit hic deſcribi Pythiadem quadrupedum more incedentem. Cui tamen imagini haud ſatis reſpondet τρέχω, ut, ſi codex aliquis daret στείχω vel χωρῶ, hoc ſane praelaturus eſſem. Ceterum Stanlejus comparat locum Eurip. Hecub. v. 1058. ubi Polydorus excaecatus loquitur:

τετράποδος βάσιν θηρὸς ὀρεστέρου
τιθέμενος ἐπὶ χεῖρα κατ' ἴχνος.

v. 38. ὀείσασα — οὖν] Male Pauwius poſt οὖν puncti ſigno diſtinguendum, totamque ἕδην ad antecedentia trahen-

hendam opinatur; assensum ei nimis benigne praebente Wakefieldo. Nempe quo minus id accipiamus, prohibet particula γὰρ post δείσασα. Hoc γὰρ significat mulierem fatidicam jam causam pavoris, quo rejecta sit ex Apollinis templo, narraturam esse. Ipse autem versiculus dupliciter explicatur. Sunt qui οὐδὲν separandum a δείσασα, adeoque nominativi casu positum putent. Sic Wakefieldus, qui vertit *quippe quae terrore perculsa sim, anus effoeta, prorsus nihil, merus infans.* Heathius autem et Abrescbius distinctionem inter γραῦς et οὐδέν, quae a prioribus quoque editionibus abest, sublatam volunt. Idque et ceteris verbis et Pythiadis consilio aptissimum videtur. *Ego enim vetula, et virium imbecillitate infanti similis, nihil ejusmodi verita, lento gradu cum arrepsissem ad Apollinis penetrale, tum vero* nec opinato scil. *video* etc. Quod igitur ante improvisum spectaculum nihil ejusmodi timuisset, id pavorem necessario augebat, et ex aetate quod esset γραῦς et ἀντίπαις, facile intelligebatur, cur subito isto pavore sic debilitaretur, ut pedibus sustinere se non posset. Senectus autem cum infantia propter aequam virium infirmitatem saepius a poëtis comparatur. Sic Agam. v. 73 sqq.

v. 39. πολυστεφῆ μυχὸν] Quoniam sacellum Apollinis et Pythiados tripus laureis coronis ornata erant. Sic δόμος Φοίβου vocatur στέμμασί γ' ἔνδυτος ap. Eurip. Ion. v. 224.

v. 40. ἐπ' ὀμφαλῷ] Delphos in meditullio orbis terrarum sitos ideoque *terrae umbilicum* dictos, tralatitium est. Loca multa Pindari, Euripidis, aliorum de ea re congessit Barnes. ad Eurip. Ion. l. l. Hic autem *sedes marmorea* intelligitur, in Apollinis sacello, quam ferebant ipsum medium terrarum punctum s. centrum obtinere. Sic Pausan. in Phocic. p. 331. ed. Kuhn. Τὸν δὲ ὑπὸ Δελφῶν καλούμενον ὄμφαλον, λίθου πεποιημένον λευκοῦ, τοῦτο εἶναι τὸ ἐν μέσῳ γῆς πάσης αὐτοὶ λέγουσιν οἱ Δελφοί, καὶ ἐν ᾠδῇ τινι Πίνδαρος ὁμολογοῦν τά σφισιν ἐποίησε.

ἄνδρα

ἀνδρα θεομυσῆ] Stanlejus, Abreſchius, Heathius, Aldinae lectionem θεομισῆ praeferunt. Enim vero vix decebat Pythiam de homine ſibi ignoto, qui ſupplex ad Apollinem confugerat, adeo maligne judicare, ut eum *diis exoſum* appellaret. Verum igitur puto θεομυσῆ, et ab Aeſchylo compoſitum, quod tamen haud verterim, Wakefieldo auctore, *piaculo in deos contaminatum*, ſed potius *impuritate ſua dei templum polluentem*. Id enim profecto abſque injuria afferere Pythia poterat, cum videret Oreſtem cruoris humani guttis reſperſum et caedis culpa contaminatum. Quam quidem interpretationem noſtram optime confirmant v. 166 ſqq. ubi queruntur Furiae Apollinem hoc piaculo templum ſuum ſanctiſſimum pollui ſiviſſe.

v. 41. προστρόπαιον h. l. notat *ſupplicem*; ſ. ut Schol. recte exponit ἱκέτην.

v. 42. νεοσπαδὲς ξίφος] Wakefieldus quaerit, quomodo id Pythia conjicere aut viſu intelligere potuerit, gladium recenter vagina extractum eſſe. At cum Oreſtis manus ſanguine recenti ſtillarent, gladiusque vagina vacuus itidem cruore infectus eſſet, quidni colligeret eum ab recenti caede huc confugiſſe, ut ne tempus quidem ei ſuppeteret gladium in vagina recondendi. Id quod pulchre convenit cum Oreſtis fuga in extrema Choëphorarum ſcena. Nihil igitur opus eſt νεοσφαγὲς ξίφος, quod ille volebat, reponere.

v. 44. λήνει μεγίστῳ] Hoc μεγίστῳ hic valde frigere, acute ſenſit Hemſterhuſius. Ecce autem Wakefieldus hic advocat timoris naturam, qua omnia majora et ampliora videantur. Quaerimus autem, quid in *vitta lanea* potuerit ſacerdoti terribile videri; quippe quae eſſet hominis miſeri, ſupplicis, ad Apollinis tutelam confugientis inſigne, ut miſericordiam potius quam timorem ciere poſſet. Quod autem Hemſterhuſius reponi juſſit, λήνει μὲν οἰός, id nimis perſpicuum eſt, et illam quae ſequi-

tur

tur explicatio ὀργῇτι μαλλῷ magis etiam, quam nunc eſt, ſuperfluam redderet. Etenim ſi verſiculus hic

Ἀργῇτι μαλλῷ. Τῇδε γὰρ τρανῶς ἐρῶ,

ab Aeſchylo profectus eſt, neceſſario conſequitur, eum in antecedente verſu Pythiae vocabulum aliquod ancipitis ſignificationis, tribuiſſe, quod explicatione illa, quam ſubditurus erat, quodammodo egeret. Fac igitur pro eo quod nunc legitur λήνει μεγίστῳ eum ſcripſiſſe

λήνους ἀώτῳ

lanae flore, i. e. *candidiſſima et ſubtiliſſima lana*, poterat utique hoc vocabulum, utpote metaphoricum et poëticum, vetulae praeſertim loquaci obſcurius videri, ut addendum aliud explicandi cauſa putaret.

v. 45. τῇδε γὰρ τρανῶς ἐρῶ, *ſic enim clare eloquor et perſpicue.* Wakefieldi conjectura, ἔχω praeferentis, minime admittenda. Cur enim Pythia diceret: *huc usque omnia luculenter teneo?*

v. 48. ἀλλὰ Γοργόνας λέγω] „Non minus ob ſerpentinos crines et mixtam formam Furiarum, quam terribilem ſpeciem, eas aſſimilat Pythia Gorgonibus. Lycophron v. 669. ποῖα δ' Ἐριννὺς μιξοπάρθενος κύων. Orpheus hymn. 68. de Furiis: ὀφιοπλόκαμοι, πολύμορφοι. Elegantiſſime Statius Theb. I. 597.

— monſtrum infandis Acheronte ſub imo
Conceptum Eumenidum thalamis; cui virginis ora
Pectoraque; aeternum ſtridens a vertice ſurgit
Et ferrugineam frontem diſcriminat anguis.

Pauſan. I. 28. πρῶτος δὲ σφισιν (Ἐρινύσιν) Αἰσχύλος δράκοντας ἐποίησε ὁμοῦ ταῖς ἐν τῇ κεφαλῇ θριξὶν εἶναι. Cf. Catull. LXIII. 193. cum Ovid. Triſt. IV. 7. 12. et quae contulit Daviſ. ad Cic. de legg. I. 14. —" *Wakefield.*

v. 49. τύποις] Acute divinavit Wakefieldus integrum verſiculum hic excidiſſe, quem quidem, juvante Scholiaſte, ita conformatum fuiſſe putat:

οὐδ' Ἁρπυιαῖσι· τὰς γὰρ ἐπτερωμένας.

Secun-

Secundam in Ἁρπυιαῖσι sedem corripi potuisse existimat pro licentia in nominibus propriis a Tragicis usurpata. Quod si tam-n minus placeat, facilis erit conjectura versiculum omissum ita sonuisse:

Ἀλλ' οὐδ' ἂν Ἁρπυιαῖσι, τὰς γὰρ εὐπτέρους.

v. 50. Φινέως] De Harpyiis Phinei regis dapes rapientibus et foedantibus res nota ex Argonauticorum scriptoribus Apollonio Rhodio lib. II. Valerio Flacco lib. IV.

v. 52. μέλαιναι] ut Choëph. v. 1042. Φαιωχίτωνες: ubi cf. Stanleji notam. Post μέλαιναι δὲ commate interpungendum.

v. 53. ἐέγκουσι δ' οὐ πλαστοῖσι Φυσιάμασιν] *Stertunt autem halitu, cui periculosum est, appropinquare.* Male interpres latinus verterat *non fictis flatibus.* Hesychius: πλάστα, προσπέλαστα. Ut enim *angues* apud Ovid. Metam. IV. 494. Tisiphones crinibus abrupti *inspirant graves animas*, sic h. l. furiarum halitus dicuntur οὐ πλαστὰ Φυσιάματα ob tabificam vim, qua infecta sunt. Cf. v. 137 sqq.

v. 54. ὀυςΦιλῆ βίαν] „*Odiosam vim*, vel *abominandum virus.* Huc egregie facit locus Sophoclis ad Ajacis finem

— ἔτι γὰρ θερμαὶ
σύριγγες ἀνω Φυσῶσι μέλαν
μένος.

Neque non advocandus est Apollonius II. 229.

Πνεῖ τόδε μυδάλεόν τε καὶ οὐ τλητὸν μένος ὀδμῆς.

Orpheus hymn. 69. dicit de Furiis:

ἀποστράπτουσαι ἀπ' ὀσσῶν
Δεινὴν αὐταυγῆ Φάεος σαρκόφθορον αἴγλην.

Infra noster v. 822. hunc liquorem appellat:

κλαινοῦ κύματος πικρὸν μένος."

— *Wakefield.*

ἐέ-

ἐκ δ' ὀμμάτων λείβουσι δυσφιλῆ βίαν] „Quod Choëph. v. 1051. ἐξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές. Hinc αἱματωπούς vocat Oreſtes ap. Eurip. v. 256." *Abreſch.*

v. 55. καὶ κόσμος] Qualis fuerit amictus ſcenicus furiarum, ex Strabone diſcimus, qui de Caſſiteridibus inſulis agens lib. III. Τὰς δ' ἄλλας, inquit, οἰκοῦσιν ἄνθρωποι μελάγχλαινοι, ποδήρεις ἐνδεδυκότες χιτῶνας, ἐζωσμένοι περὶ τὰ στέρνα μετὰ ῥαβδῶν περιπατοῦντες, ὅμοιοι ταῖς τραγικαῖς Ποιναῖς; diſcimus etiam ex Diogene Laërtio, in Menedemo Cynico, οὗτος (καθά φησιν Ἱππόβοτος) εἰς τοσοῦτον τερατείας ἦλασεν, ὥςτε Ἐριννύος ἀναλαβὼν σχῆμα περιήει, λέγων ἐπίσκοπος ἀφῖχθαι ἐξ ᾅδου τῶν ἁμαρτανομένων, ὅπως πάλιν κατιὼν ταῦτα ἀπαγγέλοι τοῖς ἐκεῖ δαίμοσιν. Ἦν δὲ αὐτῷ ἡ ἐσθὴς ταύτη. Χιτὼν φοινικοῦς ποδήρης, περὶ αὐτῷ ζώνη φοινικῆ· πῖλος Ἀρκαδικὸς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἔχων ἐνυφασμένα τὰ δώδεκα στοιχεῖα, ἐμβάται τραγικοί, πώγων ὑπερμεγέθης, ῥάβδος ἐν τῇ χειρὶ μειλίνη. —" *Stanl.* Optime hanc rem illuſtravit doctiſſimus Böttigerus in libello: *die Furienmaske.*

οὔτε πρὸς θεῶν ἀγάλματα φέρειν ὅσιος] *veſtitus qualem nec ad deorum ſimulacra* in ſacrificiis vel ſupplicationibus *afferre fas eſt*, nec *ad hominum aedes.* Wakefieldus φορεῖν pro φέρειν legendum cenſet, ut ſignificetur *induere*, qua tamen correctione opus eſſe haud videtur.

v. 57.] τὸ φῦλον — ὁμιλίας] Stanlej. interpretatur: *Gentem hujusce commercii nusquam vidi.* At ὁμιλία h. l. eſt i. q. ὅμιλος adeoque *coetum* ſignificat; ſic antea θαυμαστὸς γυναικῶν λόχος v. 46. Vertendum igitur: *Nusquam vidi mulierum genus, quocum hunc coetum comparare poſſem.*

v. 58. οὐ δή τις] Haud ſcio an praeſtet lectio cod. Guelferb. οὐδ' εἴ τις, ita ut ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ex ὄπωπα repetatur *ſciendi* notio. *Nec ſatis ſcio an uſpiam tellus gloriari poſſit ſe hoc monſtrorum genus impune nutrire, ita ut calamitatibus ab eo ſibi importatis non ingemiſcat.*

v. 62.

v. 62. 63. ἰατρομάντις — καθάρσιος] Bene haec ſupplementis illuſtravit Scholiaſtes. Si res medicina eget, medicus eſt; ſi divinatione, aruſpex eſt; ſi expiatione, eſt is, qui luſtrare et purgare valeat. τοῖσιν ἄλλοις δωμάτων καθάρσιος poteſt explicari: alias quoque aedes valet purgare, quanto magis ſuas aedes hac Furiarum et Oreſtis praeſentia contaminatas. Sic etiam Scholiaſtes accepit. Wakefieldi emendatio δειμάτων καθάρσιος ingenioſa eſt, et probabilis, non tamen adeo certa, ut eam in textum recipi velim.

IN SCENAM II.

v. 64 — 93.

v. 65. καὶ πρόσω δ' ἀποστατῶν] Wakefieldus bene correxit καὶ πρόσωθ' ἀποστατῶν.

v. 66. οὐ γενήσομαι πέπων.] „In re idem quod ἔσομαι ὠμός. Artemid. I. Oneirocrit. c. 69. πέπονα τὸ προσφιλὲς οἱ ποιηταὶ καλοῦσιν; et ibid. τὸ ἕκλυτον πέπον καλεῖται. Adde Heſych. Suid. Schol. Ariſtoph. ad Equ. v. 260. Etymologum et Euſtath. ad Iliad. B. p. 159 ſq." *Abreſch.*

v. 68. πέλουσι] Recepi hoc a Valckenario propoſitum. Nam e vulg. πεσοῦσαι, quoquo te vertas, commodum ſenſum haud elicias. Abreſchius tamen intelligi vult, ceu ſcriptum legatur, καίπερ δὲ πεσοῦσαί εἰσιν εἰς ὕπνον, ὅμως φεῦγε αὐτάς.

v. 69. Νυκτὸς παλαιαὶ παῖδες] *Sunt autem abominandae hae puellae vetulae noctis filiae.* Noctis enim alibi quoque matrem Furiarum poëta fingit; ut v. 317. 410. Ac fortaſſe Aeſchylus ſcripſit: Νυκτὸς παλαιᾶς παῖδες. Verbum μίγνυται neque cum Stanlejo de connubio ſolum, neque cum Abreſchio de ſola conſuetudine ſ. vitae commercio intelligo. Furiae excluſae ſunt omni cum diis hominibusque commercio (v. 345.). Itaque etiam omnes earum connubium fugiunt. Nobis igitur videtur Aeſchylus, ut eſt in delectu verborum verecundiſſimus, con-

ſulto hic verbo μίγνυσθαι uſus eſſe, quod et univerſe ad converſationem et proprie ad concubitum referri poſſet.

v. 74. ὅμως δὲ φεῦγε] Quamvis te quaeſituras et perſecuturas Erinnyas denuntiaverim, *tu tamen eas fuge, nec animo ſuccumbe.* Ceterum praeſtat, ut opinor, ſcribere μαλθακὸς γενοῦ; verba enim ἐλῶσι — περιῤῥύτας πόλεις per parentheſin interjecta; adeoque aptius procedunt imperativi φεῦγε — μὴ μαλθακὸς γενοῦ, καὶ μὴ πρόκαμνε.

v. 75. ἐλῶσι] Futurum Atticum pro ἐλάσουσι.

καὶ δι', ἠπείρου μακρᾶς] Quamquam de veritate geographica poëta non admodum ſollicitus fuiſſe videtur, univerſe tantum Oreſtem Delphis profugum terra marique jactatum memorans, fieri tamen poteſt, ut illam narrationem ſecutus ſit, qua Oreſtem Delphis relictis, ſuperato ſinu Criſſaeo in Peloponneſum, ibique primum Meſſeniam, deinde Troezenen veniſſe perhibebant; quod ſi ſumſerit, Athenas eum non pedeſtri, ſed maritimo itinere petiiſſe credibile eſt. Cf. Pauſan. in Arcadicis.

ἤπειρος μακρὰ *longa continens* opponitur *mari*, *et inſulis;* eademque deinde πλανοστιβὴς χθὼν appellatur, *terra vagis curſibus peragrata.* Cf. v. 235. 244 ſqq.

v. 77. περιῤῥύτας πόλεις] „Hoc eſt inſulas. Περιῤῥύτος κοινὸν τῆς νήσου ἐπίθετον inquit Euſtathius. Homerus: Κρήτη τις γαῖ' ἐστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ καλὴ καὶ πίειρα, περιῤῥύτος. Sic ab Ovidio Metam. I. mare dicitur *circumfluus humor.* Herod. lib. IV. ἡ δὲ Εὐρώπη πρὸς οὐδαμῶν φανερή ἐστι γινωσκομένη οὔτε τὰ πρὸς ἥλιον ἀνατέλλοντα, οὔτε τὰ πρὸς βορέην, εἰ περιῤῥύτός ἐστιν. —" *Stanl.*

v. 78. 79. μὴ πρόκαμνε τόνδε βουκολούμενος πόνον] Si lectio genuina eſt, βουκολεῖσθαι πόνον notat *fallere laborem ſ. delenire;* ita ut Apollo Oreſtem hortetur, *ne ante tempus defatigetur, quiete aliqua ſibi conceſſa itineris laborem leniturus.* Haud ſcio tamen an Aeſchylus potius ſcripſerit:

Καὶ μὴ πρόκαμνε τόνδε βουκολούμενος
Πλάνον.

Βουκο-

Βουκολεῖσθαι πλάνον pro *longo itinere oberrare* recte dici poteſt, ut Prometh. v. 595. Io dicebatur ὑπερμήκεις ὁρόμους γυμνάζεσθαι. Notum eſt verbo ἀποβουκολεῖσθαι interdum *aberrandi* vim ineſſe; ut nihil prohibeat, quo minus verbum ſimplex βουκολεῖσθαι de longis et vagis itineribus uſurpatum credamus. Κάμνειν, ideoque et πρόκαμνειν, cum participio conſtructum, taedium notat ejus rei, quae participio notatur, ideoque monet Apollo, ne Oreſti ante tempus, h. e. antequam Athenas venerit, *taedium obrepat longorum et vagorum itinerum.*

v. 81. 82. δικαστὰς τῶνδε] reſpicit Areopagitas, quos Minerva judices datura erat. Cf. v. 481. v. 562 ſqq.

θελκτηρίους μύθους] innuit orationem Apollinis, pro Oreſte habendam v. 604 ſqq.

v. 84. μητρῷον δέμας] „*maternum corpus*, poëtice pro *matrem*, cf. Eurip. Herc. fur. 434. et Virg. Aen. VII. 649.

Quo pulchrior alter
Non fuit excepto Laurentis corpore Turni."
Wakefield.

v. 85 ſqq. Ἄναξ Ἀπολλον —] Horum verborum ſenſum prorſus pervertit interpretatio Stanlejana: *Rex Apollo, noſti me injuriam non feciſſe, et quoniam noſti, ne me negligas; Robur tuum ad faciendum ſat idoneum eſt.* Imo vero ſic erant reddenda: *O rex Apollo, bene quidem tenes propoſitum injuriam mihi haud faciendi* (quod feciſſet Apollo, ſi Oreſtem ad matris caedem a ſe incitatum haud defendiſſet); *quandoquidem vero hoc in animum induxiſti, cura quoque, ne me* incuria quadam *negligas. Potentia vero tua, te rem bene geſturum, ſatis mihi ſpondet.* Nempe v. 87. ordo hic eſt verborum: σθένος δὲ τὸ σὸν φερέγγυόν ἐστι εὖ ποιεῖν.

v. 89. αὐτάδελφον αἷμα Wakefieldus interpretatur *ex eadem matre* non minus quam patre; indeque exiſtimat Aeſchylum aliam, quam quae vulgo Apollini et Mercu-

rio tribuitur, originem maternam assignasse. Nobis tamen vocabulum αὐτάδελφον molestius haud premendum videtur. Tota ξῆσις hoc significat: *mi frater eodemque patre prognate.*

v. 90. 91. κάρτα — ἴσθι] *et cognominis tui*, quo te Πομπαῖον salutant homines, *omen imple*, *ut hunc supplicem meum clientem fidus deductor comiteris.* ποιμαίνειν h. l. non solum est *curans*, sed metaphora a pastoribus ducta i. q. *comitans.*

v. 92. 93. σέβει — τύχῃ] Scholiastes haec verba de supplicibus, qui sacri apud Jovem sint, intellexit. Eum imitatus Wakefieldus servata lectione ἐκ νόμων hoc modo interpretatur: *Jupiter utique veneratur officio supplicis rite et secundum leges stabilitas fungentem, officio sane mortalibus benigne ad evitandas graviores poenas a diis concessso;* ubi tamen commodius priora sic reddiderim: *Jupiter ipse colit hanc supplicum sanctitatem legibus iis concessam.* Omnino autem rectius explicavit Heathius, pro ἐκ νόμων rescribendum judicans ἐκνέμων, totamque sententiam de dignitate Mercurii, qua Jupiter eum deorum nuntium et hominum comitem esse voluit, intelligendam arbitratus. Ejus tamen versionem et parum latinam nec satis accuratam nihil morati, sic locum interpretabimur: *Jupiter nimirum, qui hoc tibi venerandum munus tribuit, ipse te colit, bona cum fortuna proficiscentem, ut te hominibus ducem et comitem profitearis.*

IN SCENAM III.

v. 94 — 137.

v. 94. εὕδοιτ' ἄν] Haec cum indignationis sensu pronuntiat Clytaemnestra. Non est igitur: *dormitisne?* ut Stanl. vertit, sed potius: Quid vos (malum!) hic dormitis? Dormiatis igitur, hem! per me quidem licet. *(Ey dafs ihr fchlafen möchtet!* vel: *Ey fo fchlaft!)* Eodem sensu v. 117. μύζοιτ' ἄν.

v. 95.

v. 95. ἐγὼ δὲ] Errat Wakefieldus, cum nominativum ἐγὼ ſine verbo pendere dicit. Conſtruitur enim cum ὡς μὲν ἔκτανον. *Ego vero, ſic a vobis ceteros inter mortuos inhonorata, quod ipſa quidem* (maritum ſcil.) *occidi, opprobria me inter mortuos non deficiunt, infamia autem obruta oberro, maximaque hujus facinoris culpa apud eos me premi vobis denuntio; contra vero cum atrociſſima paſſa ſim ab iis qui mei amantiſſimi eſſe debebant, nemo deorum meam ob cauſam iraſcitur, impiis filii mei manibus trucidatae.* ὡς μὲν ἔκτανον et παθοῦσα δὲ ſibi mutuo reſpondent, quod cum fugerit Wakefieldum, male corrigendum opinatur ὧν μὲν ἔκτανον. — Ἄλλοισιν ἐν νεκροῖσιν, et ἐν φθιτοῖσιν ad *manes* ſ. *defunctorum animas* pertinet, quas inter Clytaemneſtra ob mariti caedem infamabatur. E contrario Agamemnon inter manes apud inferos κατὰ χθονὸς ἐμπρέπων dicebatur Choëph. v. 353.

v. 103. ὁρᾶτε — καρδίας ἔθεν] Wakefieldo placet ὁρᾷ δὲ — καρδία σέθεν. Sed nihil opus, ſi cum Hermanno legatur ὁρᾶτε pro vulg. ὅρα δέ.

v. 104 ſq. εὕδουσα — ἀπρόσκοπος βροτῶν] *Mentis enim oculus in ſomno clarius cernit; interdiu autem non datum eſt mortalibus, ut futura praevideant.* Rectius enim ἀπρόσκοπος activo quam paſſivo ſenſu intelligitur. Sed omnino de duobus hisce verſiculis 104. 105. ὅρα δὲ — ἀπρόσκοπος βροτῶν liceat mihi ingenue, quid ſentiam, expromere. Sane ſi abeſſent, nemo eos deſideraret. Imo gratam orationis perpetuitatem male interturbant. Legat mihi velim aliquis poſt verſum 103.:

ὁρᾶτε πληγὰς τάσδε καρδίας ἔθεν.

continuo v. 106.:

ἦ πολλὰ μὲν δὴ τῶν ἐμῶν ἐλείξατε,

et qui ſequuntur, videatque an non Clytaemneſtra, quae modo, neminem deorum ob caedem ſibi a filio illatam iraſci, queſta erat, optime ſtatim ſic perrexerit, ut Furiis ſacrificia fruſtra facta exprobraret? Deinde in duo-

bus illis verſiculis ſalebrae ſunt quaedam, nulla interpretum, qui h. l. tetigerunt, explicatione mollitae. Cur, ſi per ſomnum clarius cernunt Eumenides, infra v. 129. iis dicat Clytaemneſtra: μηδ' ἀγνοήσῃς πῆμα μαλθαχθεῖσ' ὕπνῳ. Quid ad Eumenides, utpote deas, non mortales, pertinet illa notatio μοῖρ' ἀπρόσκοπος βροτῶν? Neque vero hoc loco praevidendum erat Eumenidibus quid futurum eſſet, ſed conſiderandum quod factum eſſet ab Oreſte isque ob ſacinus admiſſum puniendus. Valde igitur vereor, ne duo hi verſiculi ex alia ſorte Aeſchyli tragoedia olim ob argumenti affinitatem huc translati ſint. Sed quia hoc ad liquidum perduci non poteſt, videamus an hac certe paraphraſi ſcabritiem hujus loci, nexusque cum antecedentibus et conſequentibus aſperitatem, ſi non tollere, at mollire quodammodo poſſimus. *Contemplamini quaeſo haec vulnera mihi a filio inflicta, eorumque atrocitatem*, quamvis dormientes *mentis acie intuemini. Nam hominum quoque animi in ſomno clarius cernunt, cum interdiu iis non datum ſit futura providere. Quanto magis vobis, ut deabus, credibile eſt me per quietem ita apparere, ut ſi me neglexeritis id voluntati potius veſtrae, quam inſcientiae tribuendum ſit. Enimvero haud digna ſum, quae a vobis deſerar. Sane enim vos multis honoravi ſacrificiis* etc.

εὕδουσα γὰρ φρὴν] „Cicero de Divinat. l. 1. *Cum eſt ſomno ſevocatus a ſocietate et contagione corporis, tum meminit praeteritorum, praeſentia cernit, futura providet.* Idem Plato lib. IX. de republ. cujus verba latine reddidit Cicero ibid. c. 29. In eandem ſententiam abit Ariſtoteles lib. Περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς c. 2. Recte itaque Peripateticis hoc dogma tribuit Aelianus, rationemque ab iis traditam adducit Var. hiſt. lib. III. c. 11. οἱ Περιπατητικοί φασι μεθ' ἡμέραν θητεύουσαν τὴν ψυχὴν τῷ σώματι περιπλέκεσθαι, καὶ μὴ δύνασθαι καθαρῶς τὴν ἀλήθειαν θεωρεῖν. νύκτωρ δὲ διαλυθεῖσαν τῆς περὶ τοῦτο λειτουργίας, καὶ σφαιρωθεῖσαν ἐν τῷ περὶ τὸν θώρακα τόπῳ, μαντικωτέραν γέ-

νεσθαι,

νεσθαι, ἐξ ὧν τὰ ἐνύπνια. Porro Aeſchylum hanc ſententiam (ut et plerasque alias) e fonte Pythagorae hauſiſſe nullus dubito. Cf. Jamblich. in ejus vita c. 15." *Stanl.*

v. 106. ἦ πολλὰ μὲν] Sacrificia quae Clytaemneſtrae umbra ſe Furiis obtuliſſe memorat, haud alia intelligenda ſunt, quam quae poſt mariti caedem ad avertendam Furiarum ultionem fecerat.

v. 107. Χοάς τ' ἀοίνους] „Oedipus Col. ap. Sophocl. v. 100.:

— οὐ γὰρ ἄν ποτε
Πρώταισιν ὑμῶν ἀντέκυρσ' ὁδοιπόρων
Νήφων ἀοίνοις.

ad quem locum Scholiaſtes: ἀοίνους αὐτὰς λέγει, ὅτι οὐ σπένδεται οἶνος αὐταῖς ἀλλ' ὕδωρ. Διὸ καὶ νηφάλιαι καλοῦνται αἱ σπονδαὶ αὐτῶν. Ita ſenes Attici Oedipum docent, quomodo placandae ſint Eumenides:

Πρῶτον μὲν ἱερὰς ἐξ ἀειῤῥύτου χοὰς
Κρήνης ἐνέγκου.

Et rurſus:

Ὕδατος, μελίσσης, μηδὲ προσφέρειν μέθυ.

Mulſum enim, ſeu aquam cum melle, Eumenidibus ſine vino libabant —" *Stanl.* νηφάλια μειλίγματα, ut νηφάλιαι θυσίαι apud Suidam, cujus locum cum hoc noſtro comparavit Jacobs ad Anthol. Vol. III. p. 1. p. 151.

v. 108. νυκτίσεμνα δεῖπνα] Compoſitum arbitror ab Aeſchylo vocabulum νυκτίσεμνα, non ut in Ald. et Rob. editione, in νυκτὶ σεμνὰ disjungendum. Νυκτίσεμνα dicuntur ſacrificia, quae eo ipſo, quod noctu fiunt, auguſtiora ſunt, et ſacrum quaſi horrorem incutiunt.

v. 109. ὥρᾳ — θεῶν] *Circa horam*, nempe μεσονύκτιον, *qua nemini alii Deorum ſacrificare mos eſt.*

v. 110. καὶ πάντα — πατούμενα] *Et haec omnia a vobis negligi et contemni ſentio*, tantum abeſt, ut eorum in me ulciſcenda rationem habeatis.

v. 111. ἐξαλύξας] „Eodem verbo usus est Oppianus Cyneg. IV. 419.:

μάλα γὰρ τότε θυμαίνουσιν
Ἄρκτοι καὶ γενύεσσι καὶ ἀργαλέαις παλάμῃσι,
Δηθάκι δ' ἐξαυτῆς φύγον ἄνερας ἀγρευτῆρας
Δίκτυά τ' ἐξήλυξαν, ἀϊστωσάν δέ τε θήρην."

Wakefield.

v. 112. καὶ ταῦτα] *et quod majus est mediis ex cassibus, quibus jam circumdatus erat, facili saltu se eripuit.*

v. 113. ὑμῖν ἐγκατιλλώψας μέγα] *multum vos irridens.* Hesych. Ἐγκατιλλώψαι, καταμυκτηρίσαι.

v. 114 sq. ἀκούσαθ' ὧν — θεαί.] Vulgatam lectionem, ἀκούσατ' ὡς ἔλεξα τῆς ἐμῆς πέρι ψυχῆς, Stanlejus vertit: *audistis quae dixi de anima mea, sapite o sub terra Deae!* At quid quaeso de anima sua dixerat Clytaemnestra? Nimirum οὐδὲ γρύ. Itaque speravi me gratiam inituum apud Aeschyli lectores, sic emendando:

Ἀκούσατ' ὧν ἔλεξα· τῆσδε μὴ πέρι
Ψυχῆς φρονήσατ', ὦ κατὰ χθονὸς θεαί.

Audite quae dixi; nolite hanc animam (i. e. *me*, δεικτικῶς *contemnere, o deae subterraneae.* Hanc rationem postea probavit Hermannus. Et sic precatio non solum antecedentibus respondet, in quibus se negligi et contemni jam questa erat Clytaemnestra; sed et his quae statim sequuntur:

Ὄναρ γὰρ ὑμᾶς νῦν Κλυταιμνήστρα καλῶ.

Nam nunc quidem ego illa Clytaemnestra, quae vos invoco, nil nisi umbra et somnium sum.

Quod post versiculum 116. adscriptum legitur vocabulum μυγμός, nihil aliud est quam poëtae, vel scholiastae παρεπιγραφή, quo notatur hic rhonchum edere Eumenides. Ridicule lapsus est Canterus hanc ipsam vocem a Choro pronuntiari somnians.

v. 117.

v. 117. μύζοιτ' ἂν] „Euſtath. in Iliad. IV. ἐκ δὲ τοῦ μύζειν, καὶ ὁ μυκτὴρ λέγεται καὶ ὁ μυγμὸς καὶ τὸ μυχθίζειν παρά τε Αἰσχύλῳ καὶ ἄλλοις." *Stanl.*

v. 118. Vulgatam lectionem:

Φίλοις γὰρ εἰσὶν οὐκ ἐμοῖς προσίκτορες

Stanlejus vertit: *Amicis enim non meis ſunt ſupplices;* ſatis obſcure. Et cur Aeſchylus hic ſingulari ἀνὴρ apponeret pluralem προσίκτορες? Pauwius et Abreſchius tamen cavillationem quandam ſibi hic reperiſſe viſi ſunt; q. d. *ſtertatis licet ſecure, neque enim ut inimicis meis* Apollini nempe et Palladi *ſic vobis ſunt ſupplices*, qui ſcil. dormire vos impediant. Quo quid ineptius confingi potuerit, non video. Nonne enim Clytaemneſtra id unice agebat, ut Furias e ſomno excitaret? Heathius interpretatur: *nam numina, quae mihi amica ſunt, nulli adſunt ſupplices;* quaſi Clytaemneſtra dicat, nullam ſibi jam vindictae ſpem ſupereſſe, propterea quod Oreſtes quidem Apollinis, ad quem ſupplex confugerit, patrocinio tutus ſit, nemo autem ad inferna numina ſupplex accedat. At hoc prorſus repugnaret verſiculo proxime praecedenti, ubi Clytaemneſtra Furias ſupplex invocaverat. Scilicet in vulgata lectione commode explicanda oleum et opera perditur. Mihi certum eſt, Aeſchylum ſcripſiſſe:

Μύζοιτ' ἄν, ἀνὴρ δ' οἴχεται φεύγων πρόσω.
Φίλοι γὰρ εἰσίν, οὐκ ἐμοί, προσίκτορος.

Quin vos ſtertite ſi lubet; interim autem homo noſter abiit et aufugit. Sunt enim (dii) *amici ejus ſupplicis*, ſ. *eum ſupplicem recepturi, iidemque mihi haud amici;* quique adeo vel mei odio ducti eum adverſus me defendent.

v. 121. ὤζεις] Nempe Furiae in ſomno Oh! oh! exclamaverant, hoc dicitur ὤζειν et ὠγμός.

v. 122. τί σοι πέπρακται πρᾶγμα πλὴν τεύχειν κακά;] Pro πέπρακται Stanlejus emendat πέπρωται, Wakefieldus τέτακται. Uterque eleganter et appoſite. Praeſero tamen πέπρωται, quia hoc facilius a librariis in πέπρακται

quam in τέτακται corrumpi poterat; tum quod idem in simili versiculo ponitur Prometh. v. 519.:

Τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ πλὴν ἀεὶ κρατεῖν.

Ceterum in causa, quae hic tangitur, recte Wakefieldus conferri jussit hujus fabulae v. 71. 208. 642.

v. 123 sq. ὕπνος — μένος] *Nimirum somnus et labor qui amice inter se conspirare solent hujus dracaenae alias violentae vim et robur debilitaverunt.*

v. 126 sq. ἅπερ κύων μέριμναν οὔποτ' ἐκλιπὼν πόνου] Cum vocabulum πόνος paulo ante v. 123. legatur, idemque et sequentem versiculum claudat, praeterea haud satis apte dicatur canem *laboris curam haud intermittere*, suspicor ab Aeschylo sic editum:

ἅπερ κύων μέριμναν οὔποτ' ἐκλιπὼν (ἄγρας.) πού(ῶν.

πόνου videtur librario deberi, qui oculis ad sequentis versiculi clausulam aberrasset, ut saepe factum esse constat. Conjecturam nostram firmat v. 142 sq. ubi Chorus:

οἴχεται δ' ὁ θήρ.

Ὕπνῳ κρατηθεὶς' ἄγραν ὤλεσα.

Atque ubi apud alios auctores de canum venaticorum somniis agitur, semper fere *praedae* aut *ferae* quam persequuntur, mentio injicitur. Sic Lucret. IV. 988.

Venantumque canes in molli saepe quiete
Jactant crura tamen subito, vocesque repente
Mittunt, et crebras reducunt naribus auras,
Ut vestigia *si teneant inventa* ferarum.
Expergefactique sequuntur inania saepe
Cervorum simulacra, *fugae quasi dedita cernant,*
Donec discussis redeant erroribus ad se.

Sic Petron. c. 104.:

Et canis in somnis leporis vestigia latrat.

v. 129. μηδ' ἀγνοήσῃς πῆμα] Πῆμα refertur ad Orestis fugam, quae antea v. 119. πάθος dicebatur. Eam vult Clytaemnestra Furias haud ignorare, sed animadvertere.

v. 130.

v. 130 ſq. ἄλγησον — ἀντίκεντρα γίνεται] *Fac ut juſtis hisce opprobriis meis animum cum dolore penetrari ſentias. Cordati enim ejusmodi opprobriis tanquam ſtimulis afficiuntur.* Cf. v. 150 ſqq.

v. 132. τὸ δ' αἱματηρὸν — τῷ] Vulgatam οὐδ' αἱμ. Stanl. corrigebat Σὺ δ' αἱματηρόν, vertens: *Tu vero ſanguineum ſpiritum promovens vapore, macerans ventris igne, ſequere* etc. Sed, etiamſi reliquam hujus verſionis obſcuritatem haud morer, id maxime incommodum eſt, quod hic prorſus perſonae nomen, aut pronomen perſonale abeſt, ad quod iſta omnia referantur. Wakefieldus pro οὐδ' αἱματηρὸν emendat σοῦ δ'· a σοῦσθαι. Verum excitandi verbo nil opus erat, cum jam antea: ἀνίστω, dictum eſſet. Heathius οὐδὲ ſervat, ac τῳ pro τινι, ut ſaepe, poſitum eſſe arbitratur; hanc inde interpretationem efficiens: *Neque poſtquam procellam ſanguineam alicui adflaveris, deinde eam remittas vapore ex inteſtinis exhalante debilitans.* Joculariter nempe ſomniat Clytaemneſtram exiſtimaſſe Eumenidibus veternum ex tali vapore obortum. Mirum ni de morbo hyſterico Eumenidum (Gallis *vapeurs*) cogitaverit. In tanta Criticorum trepidatione me non poenitet emendationis in textum illatae, quam facilis haec ſententia commendat: *Et ſanguineum* tuum *halitum afflans* illi (ſugitivo Oreſti), *ſpirituque, ventris aeſtu eum tabefaciens, perſequere, denuoque eum inſectando delaſſa et macera.*

v. 133. νηδύος πυρί] Inutilis eſt conjectura Stanleji νήδυν ὡς πυρί.

v. 134. διώγμασιν] His dictis Clytaemneſtrae umbra ex oculis ſpectatorum evaneſcit, nec evigilantes Eumenides exſpectat. Eodem modo Polydori umbra ſecedit Hecuba adveniente apud Euripidem.

v. 135. ἔγειρ'] Una furiarum expergefacta eam quae proxime accubuerat, excitat, et ſic deinceps: ἐγὼ δέ σε dictum eſt pro ὡς ἐγὼ σὲ ἤγειρα.

v. 137.

v. 137. εἴ τι τοῦδε φροιμίου ματῇ] *Videamus an aliquid ex hoc quod nobis praeluſit ſomnio vanum ſit.* Circumſpicientes demde intelligunt, nimis verax fuiſſe ſomnium. προοίμιον interdum etiam de omine, quod eventum quendam praeſignificat adhibetur; ut Euripid. Hercul. Fur. v. 1179. Non igitur admittenda Wakefieldi correctio:

ἴδωμεθ' εἰ τὸ τοῦδε φροιμίου ματᾷ.

quod ille ſic vertit: *videamus ſi hoc inceptae perſecutionis* (i. e. haec incepta perſecutio) *futurum ſit incaſſum.*

IN SCENAM IV.

v. 137 — 173.

v. 139. ἦ πολλὰ — ἐγώ.] Haec παρενθέτως dicuntur.

v. 140. πάθος δυσαχθὲς idem eſt quod ἄφερτον κακόν, cujus generis repetitionem dolori, irae, ſimilibusque animi perturbationibus familiarem eſſe conſtat.

v. 144. παῖ Διὸς] Apollo.

ἐπίκλοπος πέλει] *furax es;* aut ſi magis placeat generis notio: *veterator es.* Cf. v. 148. Heſych. Ἐπίκλοπος· δόλιος, πανοῦργος, ἢ ἐπιθυμῶν τοῦ κλέπτειν.

v. 145. νέος δὲ γραίας δαίμονας] Quoniam Eumenides ex antiquiorum deorum ordine erant, ſub Saturni regno; Apollo vero ex Jovis familia, expulſo demum Saturno regnum adepti. Cf. Prometh. v. 149.

καθιππάσω] Saepius utitur hoc verbo Aeſchylus, *victoriam per vim aut aſtutiam de aliis reportatam* ſignificaturus. Cf. v. 721. 776. *Tu cum juvenis ſis novusque deus veteres aetate et genere deas proculcaſti, ſupplicem hunc hominem obſervans, deorum contemtorem et parentibus infenſum; matricidamque nobis furtim eripuiſti, quod minime te deum decebat.* ὧν θεὸς refertur ad ἄθεον.

Mon-

Monſtri ſimile cenſent, inventum eſſe deum, qui deorum contemtorem defendat.

v. 150. ἐμοὶ ὀ' ὄνειδος] *Mihi autem quod per ſomnium occurrit opprobrium* (Clytaemneſtrae) *pupugit me inſtar aurigae, medium corpus feriente ſtimulo, meque ſub praecordiis, ſub viſceribus ita vulneravit, ut quaſi flagellatoris, infeſti tortoris, gravi praegravi horrore percellar. Talia ſcilicet audent novi dii, omnino praeter jus et fas imperio potiti. Jam licet intueri Apollinis thronum ſummum ab imo ſanguine ſtillantem, terrae umbilicum terribili caedis piaculo, quod ipſe ſuſcepit, pollutum.* Minime igitur admittendum eſt Wakefieldi commentum:

Φονολιβῆ θρόμβον
— ὀρόμενον ἄγος ἔχειν.

ἐμοὶ regitur a μολόν, et poſt ἔτυψεν intelligendum eſt μέ. ὄνειδος ἐξ ὀνειράτων ut Choëph. 31. φόβος ἐξ ὕπνου κότον πνέων.

v. 151. δίκαν διφρηλάτου] ſtimulis olim aurigas equos inſtigaſſe notiſſimum eſt.

v. 152. μεσολαβεῖ κέντρῳ] Non opus eſt cum Wakefieldo μεσοβαλεῖ reponere. μεσολαβὴς eſt *medium prehendens* ſeu *attingens*.

v. 153. ὑπὸ λοβὸν] ſcil. *hepatis*. Sic v. 130. dixerat Clytaemneſtra ἄλγημον ἧπαρ ἐνδίκοις ὀνείδεσιν. Verba ὑπὸ φρένας ὑπὸ λόβον Bothius non male cum ſequentibus πάρεστι μαστίκτορος conjunxit, puncti ſigno poſt κέντρῳ poſito.

v. 155. δαμίου] Si lectio vera eſt, Aeſchylus ad ſimilitudinem carnificis, flagris hominem caedentis, aberravit. Sed μαστίκτορος neminem alium, quam διφρηλάτην, antea nominatum, ſignificare videtur. Aurigas enim conſtat equos pariter ſcutica (μάστιγι) ac ſtimulo (κέντρῳ) ad curſum incitaſſe. Itaque poëtam ſcripſiſſe opinor

δαΐου, θυμικοῦ,

unde

unde librarii δημίου, ac deinde adſcito doriſmo δαμίου fecerunt. Certe ſic in eadem allegoria pergeret Aeſchylus. *Videor mihi jam horrore flagellantis aurigae infeſti et iracundi perſtringi.* Bothius δαΐου, δαΐου ſcripſit.

v. 156. βαρύ τί, περιβαρὺ κρύος ἔχειν] Jam olim conjeceram βαρύ τι non ut vulgo βαρὺ τὸ ſcribendum eſſe. Id deinde probavit Hermannus.

v. 157. οἱ νεώτεροι θεοὶ] Praecipue hic Apollinem tangunt.

v. 159. φονολιβῆ] Metrum hoc poſtulare pro vulg. φονολειβῆ jam in ed. priore monueram. Idem aſcivit nuper Hermannus.

v. 163. ἀράμενον] Metrum ut ſtrophico congruat, hanc Heathii emendationem ceteris praetuli, quam Hermannus quoque recepit. Ordo verborum eſt: Πάρεστι προσδρακεῖν γᾶς ὄμφαλον, φονολιβῆ θρόνον περὶ πόδα, περὶ κάρα, βλοσυρὸν ἄγος ἔχειν, ἀράμενον ſcil. αὐτό.

v. 164. ἐφεστίῳ δέ, μάντις ὤν, μιάσματι] Sic jam olim corrigendum cenſui, vulg. μάντι σῷ μιάσματι; ut antea v. 148. ὢν θεός. Stanlejo placebat μαντικόν, quod verbo melius eſt, quam quod Wakefieldus propoſuit, μάντις, ὦ.

v. 166. αὐτόσσυτος αὐτόκλητος] *et tuopte quidem ductu et nutu, tuapte ſponte.* Heſych. Αὐτόσσυτον αὐτοκέλευστον. Σοφοκλῆς Σκυρίοις.

v. 167. Παρὰ νόμον θεῶν βρότεα μὲν τίων] Si alteram lectionem παρανόμων θεῶν βρέτεα μὲν τίων, ſequaris. Chorus Apollini exprobrat, eum deorum praeter jus et fas imperantium ſimulacra venerari, et vetera jura coeleſtium pervertere. Cum autem Apollo ipſe ex recentiorum deorum numero ſit, nec explicari facile poſſit, qua ratione deus deorum ſimulacra (βρέτεα) venerari dicatur, non negligenda eſt varietas lectionis ed. Aldinae et Robortellianae, in quibus pro βρέτεα legitur βρότεα, quibuscum etiam

etiam cod. Guelf. consentit. In Rob. insuper pro παρανόμων est παρὰ νόμον. Unde conficitur sensus aptissimus: *praeter jus et fas deorum mortalia quidem honorans* (i. e. Orestis, hominis ἀθέου καὶ τακεῦσι πικροῦ v. 146. causam agens).

v. 168. παλαιγενεῖς δὲ Μοίρας φθίσας] Vel sic intelligendum, ut vocabulum μοίρας appellativum sit; idemque valeat haec locutio, ac τὰ πρὶν δὲ πελώρια νῦν αἴστοι· de Jove dictum Prometh. Vinct. v. 151., vel, quod poëtico stilo dignius, ut Μοῖραι Parcae sint, quarum leges infringantur Orestae matricidii poenis soluta, utpote quae Eumenidibus officium ejusmodi facinorum ultionem exsequendi demandaverint. cf. v. 331. Nam quod Wakefieldus sub Μοίραις h. l. ipsas Eumenides intelligendas existimat, id hoc argumento convincitur, quod Aeschylus hac ipsa in tragoedia l. l. diserte Μοίρας ab Eumenidibus distinguit.

v. 170 sq. ὑπό τε γᾶν — ἐλευθεροῦται] Cf. v. 335.

v. 172 sq. ποτιτρόπαιος ὢν — πάσεται] Et cum *gravi piaculo pollutus sit*, *post mortem etiam inveniet*, *qui caput ejus miseris modis affligat*. Multum a poëtae consilio aberravit Heathius, emendationem a se propositam μίασμ' ἐκείνῳ ἐπιπάσεται, sic exponendo: *scelere cum jam contaminatus sit*, *piaculum aliud praeter istud in caput suum derivabit*. Nempe hic respici putat caedem Neoptolemi ab Oreste in templo Delphico patratam ex Eurip. Androm. 1073 sqq., cujus fabulae Aeschylus nullam prorsus rationem habuit. Ex loco ad argumentum simili v. 262 sqq. colligitur poëtam hic ad poenas apud inferos matricidam exspectantes respexisse. Ceterum μιάστορα nihil opus est, quod Stanlejo in mentem venerat, cum Ἀλάστορα permutare.

IN

IN SCENAM V.

v. 174 — 229.

v. 176. πτηνὸν ἀργῆστὴν ὄφιν] *Sagittae* ab aureo nervo emissae descriptio, cui serpentum adspectus, quibus Eumenidum crines redimiti erant, occasionem dedisse videtur.

v. 178. μέλαν' ἀπ' ἀνθρώπων ἄφρον] Eumenides diserte haud uno loco apud Aeschylum finguntur hominem exsucto sanguine tabescere. Cf. v. 259 sqq. Itaque minatur Apollo se eas sagittis immissis tam vehementi dolore afflicturum, ut iis necesse futurum sit sanguinem hominum, quem suxerint, evomere.

v. 179. θρόμβους φόνου] *sanguinis grumi.* Hesychius: Θρόμβοι· — αἷμα παχύ, πεπηγός, ὡς βουνοί.

v. 181 sqq. ἀλλ' οὐ καρανιστῆρες etc.] Luce clarius est, poëtam h. l. exquisitissima humanae crudelitatis exempla coacervare, quorum spectaculo, tanquam festis epulis, Furiae delectentur. *Ibi vos adesse decet*, inquit Apollo, *ubi exercentur vindictae capita abscindentes, oculosque effodientes, ubi jugulationes, ubi viridis puerorum aetas feminis corruptione laeditur, ubi mutilatio, et lapidatio, et ubi palis infixi ejulatu suo multam praetereuntium misericordiam cient.* Inepte Heathius verba κακοῦ τε χλοῦνις ἠδ' ἀκρωνία vertit *malique exuberantia et cumulus.*

καρανιστῆρες] Sic καρανίστης μόρος auctor Rhesi dramatis, quod est inter Euripidea v. 817.

v. 182. 183. σπέρματός τ' ἀποφθορᾷ παίδων κακοῦται χλοῦνις] Ex Elmsleii emendatione, ut χλοῦνις accipiatur pro viridi segete, i. q. χλόη; qua ex ratione pulcherrima exoritur metaphora *puerorum castrationem* designans. Vulgo σπέρματός τ' ἀποφθοραὶ, quod de abortus procuratione violenta intellexit Stanlejus; et κακοῦ τε χλοῦνις, quod idem in κακή τε χλοῦνις mutandum censebat, vertebatque *testium exsectio.* Idem ad h. l. haec loca Eustathii citat:

citat: ὁποῖον δή τι καὶ Ἀριστοτέλης διὰ τὸν χλούνην ἱστορεῖ, ὃ δηλοῖ ἐκτομίαν σῦν ἄγριον, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς που φανήσεται. Nempe Iliad. 9. ὅτι δὲ καὶ ἐκτομίαν ὁ χλούνης δηλοῖ, οὐ μόνον Αἰσχύλος οἶδωσι χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ Αἰλιανὸς μάλιστα ἐν τοῖς Περὶ προνοίας, χλούνην λέγων τὸν ἀπόκοπον· καὶ Ἀριστοτέλης δὲ κατὰ τὸν Γεωγράφον χλούνην σῦν τὸν τομίαν νοεῖ. Aeliani locos forsan respicit quos adducit Suidas, tacito auctore, in verbo Γύννις, κακὴν σοφίαν μετιών, καὶ τοὺς ἀθέους Ἐπικούρου λόγους καὶ γυννίδας ἐπασκῶν, κἀκ τῆς ἡδονῆς ἣν ἐκεῖνος ὕμνει ὁ χλούνης καὶ γύννις. Et in verbo Χλοῦνας· εἰ δοίημεν αὐτὸν ἄνδρα εἶναι διὰ τῶν Ἐπικούρου λόγων τὴν ψυχὴν ἐκνευρισθεὶς καὶ θῆλυς γενόμενος· ὁ πρὸς Στρατοκλέα Ἀθήνησι διδοὺς χήσας ὁ χλούνης τε καὶ γύννις καταγοητευθείς, καὶ οἷον ἐν δεσμῷ τινι ἀφύκτῳ πεδηθείς. Aliter sentire videtur Eustathius in Odyss. 18. aut potius Grammaticus, quem celato nomine exscripsit: ὃν δὲ χλούνην οἱ ἐκτομίαν φασὶ λέγοντες τελείως ἀπήρτηνται τὸν ὑποκείμενον (verba sunt Aristophanis in libro περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν, quae explicans subdit Eustathius ἤγουν αἰωροῦνται, ἠρέθονται, οὐδὲν ἔμπεδον καὶ βέβαιον λέγουσιν, ἀλλὰ ὀηλαδὴ ἀνεμώλια λαλοῦσι, καὶ οὐδέν τι τοῦ ὑποκειμένου ἅπτονται." His tamen nihil efficitur ad significationem castrationis vocabulo χλοῦνις vindicandam.

v. 185. ὑπὸ ξάχιν παγέντες] Antiquissimum hoc est vestigium supplicii atrocissimi, et ex usu gentium humanitatis cultu florentium dudum sublati, quod germanico *das Spiefsen*, gallico *empaler* dicitur, ubi stipite per obscoena secundum spinam dorsi adacto homines immaniter cruciabantur.

v. 187 sq. πᾶς δ' ὑφηγεῖται τρόπος μορφῆς] *Eo quoque ducit universa species oris vestri corporisque conformatio.* Similiter Vulcanus τῷ Κράτει foedam μορφὴν exprobrat Prometh. v. 87.

v. 188 sqq. λέοντος — τρίβεσθαι μύσος] *Tales decet in leonis antro, sanguinis hausta se oblectantis, habitare, non*

autem vicinis hujus oraculi ſedibus maculam affricare. ἐν χρηστηρίοις τρίβεσθαι μύσος dictum pro ἐντρίβεσθαι χρ. μύσος. Et Schol. exponit προστρίβεσθαι.

v. 191 ſq. χωρεῖτ' ἄνευ βοτῆρος — θεῶν] *Faceſſite hinc, et abſque paſtore*, i. e. comite vel duce, *errate; talem enim gregem nemo deorum amat*, ut ejus curam ſuſcipere velit.

v. 196. τοσοῦτο — λόγον] Nempe quod antea jam abire eas juſſerat Apollo, hac Furiarum profeſſione, qua eum horum omnium unicum auctorem eſſe declaraverant, commotus, quaerit: *qui ſic?* iisque, donec ad iſtam quaeſtionem reſponderint, manendi copiam facit.

Ceterum ridicule Abreſchius opinatur, illa quae ſequuntur, natis aliis ex aliis quaeſtionibus in via inter Apollinem et Furias diſputata eſſe, ita ut altercantes ſenſim Athenas pervenerint. Nunquam profecto ſcenam vidiſſe oportebat, qui haec ſomniare poterat. Quin imo pronuntiatis ab Apolline verſibus v. 227 — 229. non Furiae ſolum, ſed Apollo quoque ſpectatorum oculis ſubducebantur; tum ſcena mutabatur, ut ſe deinde ſpectator a Delphis Athenas translatum putaret.

v. 198. ἔχρησα — τί μήν;] Niſi πέμψαι ποινὰς pro *poenas immittere*, *poenas infligere* dictum eſſe placeat, corrige

Ἔχρησα· ποινὰν τοῦ πατρὸς πέμψας. Τί μήν;

utique hoc oraculo edixi; ultore ſcilicet *patris ablegato* ad occidendam matrem. *Quid tum poſtea?* ποινὰς πέψαι, quod Abreſchius propoſuit i. q. πραῦναι prorſum ineptum eſt.

v. 199. αἵματος δέκτωρ νέου] eſt novae caedis defenſor ac patronus, qui eam in ſe recipit. Sic διαδέκτωρ Eurip. Ione v. 478.

v. 201. προπομπούς h. l. in malam partem accipiendum, de deabus ultricibus poenae cauſa ſceleſtum perſequentibus.

v. 202.

v. 202. πρὸς Φορον μολεῖν] Cf. v. 189 ſq.

v. 204. Κόμπασον γέρας καλόν] ironice dictum. *Jacta quaeſo*, ſi modo habeas quod jactes, *quicquid hoc eſt praeclari muneris.*

v. 207. Φόνος] Hic ſignum interrogandi ponendum eſt. *Quid enim? nonne par ſit, mulierem quae maritum occiderit itidem a propinquo mutua caede perimi?* αὐθέντης Φόνος enim eſt *mutua propinquorum caedes.* Sic Agam. 584. θάνατοι αὐθένται. Heathius hanc ſententiam οὐκ ἂν γένοιτο — Φόνος haud interrogative, ſed affirmative accipiendum arbitratus, ſervato ἢ κάρτα, ita vertit: *Quid enim? mulieris quae maritum vita privaverit caedes manu qualicunque patrata, non poteſt fieri ut conſanguinea ſit, aut nullo omnino in honore habebuntur, nec quidquam valebunt* Junonis *jugalis et Jovis foedera.* Reſpici nimirum putat Apollinis ſententiam v. 655. explicatam. Cui tamen non magis aſſentior, quam Wakefieldo ſic locum exponenti: *Quid autem? nonne judicabimus crimen conſanguinei ſanguinis effundendi adhaereſcere mulieri, quae virum ſuum interfecerit?*

Abreſchius praefert eam quae eſt in Rob. et Turn. perſonarum deſignationem, et v. 207. Eumenidibus tribuit.

Ἀπόλλων.

Τί γάρ; γυναικός, ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ. . . . ;

Χορός.

Οὐκ ἂν γένοιθ' ὅμαιμος αὐθέντης Φόνος.

Nempe hoc modo Chorus quaeſtioni Apollinis nondum finitae per occupationem occurreret. *Mulieris, quae maritum occidit, non tamen juſta caedes a propinquo praeſertim a filio perpetretur.* At multo tamen concinnius eſt, modo poſt αὐθέντης Φόνος interrogandi ſignum ponatur, hunc verſiculum ab Apolline pronuntiari.

v. 208. ἦ κἀρτ' ἄτιμα] *Tum sane nullo in honore haberentur nihilque valerent, quae sub auspiciis Junonis jugalis et Jovis inter sponsum sponsamque junguntur foedera.*

v. 210. Κύπρις] *Quin etiam Venus honore justo fraudetur, si quis hoc asserere velit, a qua tamen dulcissima gaudia mortalibus proveniunt.*

v. 212. 213. εὐνὴ γὰρ — Φρουρουμένη] *Tori enim consortium marito et uxori sacrum esse debet, et ipso jurejurando sanctius colendum.*

v. 214. εἰ τοῖσιν] τοῖσιν h. l. demonstrative accipiendum. *Si hisce igitur* scil. conjugibus, *ubi alter alterum occiderit, adeo indulges, ita ut nihil propterea labores, nec irata* caedis auctorem respicias. Wakefieldus pro vulg. τὸ μὴ γενέσθαι rescribendum putabat τὸ μὴ μέλεσθαι; verum si πένεσθαι nobiscum legeris, facilius erit explicare, quomodo librarii in γένεσθαι inciderint.

v. 217. τὰ μὲν γὰρ] *Alterum enim* (nempe Orestis facinus,) *video te aegerrime tulisse, vehementi ob id ira incensam, alterum vero* (Clytaemnestrae) *multo remissius tractare.*

v. 221. καὶ πόνου πλέω τίθου] *ac nisi satis jam habes molestiarum, plus laboris tibi impone.*

v. 222. τιμὰς — λόγῳ] *Noli honores meos verbis extenuare.* Nempe hoc eo spectat, quod Apollo Furiarum enixum Orestem persequendi studium, magis in aerumnabilis et servilis laboris loco, quam in parte honorifici muneris divinitus ipsis impositi ponere videbatur.

v. 223. οὐδ' ἂν δεχοίμην — σέθεν] *Tantum abest ut invidiae causa honoribus tuis detrahere velim, ut ne oblatos quidem reciperem.*

v. 226. κὴρ κυνηγέτις] Vulgatum καὶ ex κὴρ corruptum esse videtur. Κῆρες Ἐριννύες dicuntur Septem adv. Theb. 1058. et θεαὶ Κῆρες ap. Eurip. Electr. 1000. Itaque κὴρ κυνηγέτις h. l. aptissimum verbis praecedentibus

ἄγει

ἄγει αἷμα μ. ὀίκας. Itaque non opus eſt Wakefieldi conjectura: μέτειμι τόνδε πλῶκα καθ' κυνηγέτις.

v. 229. τοῦ προστροπαίου μῆνις] *juſtus enim ſupplicis ab eo, ad quem confugit deſerti et proditi dolor magnam vim habet, ad iram deorum hominumque indignationem concitandam.*

IN SCENAM VI.

v. 230 *ſqq.*

Notandum eſt, Scenam jam Athenas translatam ſic inſtitui, ut primo Oreſtes ſolus conſpiciatur in templo Minervae ſupplex ejus ſimulacrum venerans; paulo poſt autem eum conſequantur Eumenides, quae initio quidem eum nondum oculis conſpiciunt, ſed veſtigia tantum ſanguinis odoratae eum haud procul abeſſe conjiciunt, donec eum v. 253 ſqq. oculis quoque deprehendant.

v. 231. ἀλάστορα] Reum ſe caedis confitetur, negat autem ſe adhuc προστρόπαιον, i. e. piaculo pollutum eſſe.

v. 232. οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα] i. e. ἀκάθαρτον. *Heſych.*

v. 233. ἀλλ' ἀμβλὺν ἤδη] *ſed jam obtuſum et probe exercitatum aliis in aedibus multorumque hominum, quos purificationis cauſa adii, ſalutationibus.* Fingit nimirum Aeſchylus Oreſtem antequam 1058. Athenas veniret in itinere ſolemni ritu non uno in loco caedis maternae piaculo purificatum eſſe. Apud Troezenios id factum eſſe narrat Pauſanias Corinth. p. 74. ed. Sylb.: Τοῦ δὲ ἱεροῦ τοῦ Ἀπόλλωνος ἔστιν οἰκοδόμημα ἔμπροσθεν, Ὀρέστου καλούμενον σκηνή. Πρὶν γὰρ ἐπὶ τῷ αἵματι καθαρθῆναι τῆς μητρός, Τροιζηνίων οὐδεὶς πρότερον ἤθελεν αὐτὸν οἴκῳ δέξασθαι. Καθίσαντας δὲ ἐνταῦθα ἐκάθαιρον καὶ εἱστίων, ὡς ὁ ἀφήγνισαν. - - Καθῆραι δέ φασιν Ὀρέστην καθαρσίοις καὶ ἄλλοις καὶ ὕδατι ἀπὸ τῆς ἵππου κρήνης. Metaphora in ἀμβλὺν ſic explicanda. Sicut ferri acies crebra frictione retunditur, ſic acies piaculi Oreſti inhaerentis retuſa et hebetata erat piaculis. Audacius autem ipſe ἀλάστωρ dicitur ἀμβλύς.

v. 239. τέκμαρ] Nempe Eumenides fingunt se tanquam canes venaticas Oreſtem matris ſanguine imbutum et contaminatum hujus ſanguinis odore inveſtigare, quo veſtigia quoque ejus infecta ſentiant.

v. 240. μηνυτῆρος ἀφθέγκτου φραδαῖς ſignificat ipſas illas ſanguinis notas in Oreſtis veſtigiis impreſſas, mutas quidem illas, ſed tamen viam, qua aufugerit, clare ſatis indicantes.

v. 242. πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν] i. e. πρὸς αἵματος σταλαγμόν. Ajunt enim ſe Oreſtis veſtigia ex materni ſanguinis notis eodem modo intelligere, quo canis veſtigia hinnuli vulnerati ex odore guttarum ſanguinis, quae in terram ceciderint, cognoſcat.

v. 243 ſq. φυσιᾷ σπλάγχνον] Anhelare ſe queruntur longo itinere feſſas fatigatasque.

v. 246. οὐδὲν ὑστέρα νεώς] Non univerſe de navibus dictum; ſed ſignificatur navis qua Oreſtes ad Athenas appulerat; eam ſe ajunt Eumenides celeritate ſua conſequutas.

v. 248. ὀσμὴ — προσγελᾷ] Apte προσγελᾷ de jucundo odore, qui naribus afflatur.

v. 250. λεύσσετον πάντα] Fortaſſe legendum λεύσσε τοι πάντα.

v. 253. οὐδ' αὖτέ γ' οὐκ, ἀλκὰν ἔχων] Optime ſic interpunxit Hermannus. Vulgo male negandi particula cum ἀλκὰν ἔχων jungebatur, ſenſu inepto. Vertendum: *Hic vero iterum* (ſicut antea Apolline fretus) nunc *praeſidium* (Minervae) *nactus et immortalis deae ſimulacrum amplexus, non vult obnoxius eſſe manibus noſtris.*

v. 256 ſqq. τὸ δ' οὐ πάρεστιν — οἴχεται] *Verum hoc fieri non poteſt; maternus enim ſanguis in terram effuſus eſt; nulla, proh dolor, arte revocandus, in terram effuſus periit.* δυσαγκόμιστον i. q. ἀναγκόμιστον. Metri cauſa Hermannus pro κεχυμένον dedit χύμενον.

v. 259.

v. 259 ſqq. ἀλλ' ἀντιδοῦναι δεῖ σ' — ματροφόνου δύας] *Imo potius te jam poenas dare oportet; ut a vivente quidem rubrum membrorum ſanguinem exſugam, et foedi hujus potus fructum capiam; tum te, poſtquam viventem tabeſeci, ad inferos deducam, ut ibi quoque caedis maternae poenas luas.*

v. 263. ἀντίποιν' ὡς] Hanc emendationem vulg. lectionis ἀντιποίνους ſpero me omnibus harum rerum judicibus probaturum. Et nuper ei calculum adjecit Hermannus. Abreſchio placebat ἵν' ἀντίποινος; quod et longius recedit a ſcripturae veſtigiis, nec facile ſequentibus aptatur.

v. 265. ὄψει δέ, κεἴ τις ἄλλος ἥλιτεν βροτῶν] Ita jam olim correxeram vulg. ὄψει δ' ἐκεῖ τίς ἄλλον ἥλιτεν βροτῶν, idque recepit Hermannus. *Videbis vero, ſi quis alius mortalium deliquit, vel in deum, vel in hoſpitem, vel in caros parentes impie agendo, unumquemque dignis meritorum praemiis affectum.*

v. 271. δελτογράφῳ — φρενί] Saepius utitur Aeſchylus hac imagine memoriae ſimilitudinem cum pugillaribus adumbrante. Vid. not. ad Prometh. v. 795. Et noſtrum hunc locum Euripidi in fragm. Menalippes obverſatum eſſe recte judicat Jacobſius ad Anthol. Vol. III. P. I. p. 142.

v. 276. βρίζει — καὶ μαραίνεται] „Multum frequentant Graeci verbum μαραίνεσθαι ſenſu tropico, uti λύπη μαραίνεται Ael. de Anim. L. 1. c. 18. — μίασμα ἔκπλυτον Heſych. explicat ἐξίτηλον." — *Heſych.* Specioſa autem eſt conjectura Jacobſii (ad Anth. gr. Vol. III. P. II. p. 10.) hos verſiculos ita ſcribendos et diſtinguendos exiſtimantis:

Βρίζει γὰρ αἷμα, καὶ μαραίνεται χρέος
Μητροκτόνον, μίασμα δ' ἔκπλυτον πέλει.

v. 278. ποταίνιον] *Piaculum* e materna caede conceptum, quod recens erat tum quum ad Apollinis templum accederem, poſtea ſacrificiis extinctum eſt.

v. 279 χοιροκτόνοις] „Porcorum uſus in ſacrificiis expiatoriis ſatis notus eſt vel ex illo Plauti in Menaechmis Act. II. Sc. 2.

ME. reſponde mihi
Adoleſcens, quibus hic pretiis porci veneunt
Sacri ſinceri? CT. Nummo uno. ME. En a me accipe!
Jube te piari de mea pecunia,
Nam ego quidem inſanum eſſe te certo ſcio.

Accedit et Horatianum illud Serm. 1, 3.

immolet aequis
Hic porcum Laribus. —

Uterque de inſanis, qualis hic fuit Oreſtes, intelligendus." *Stanl.*

v. 280 ſq. πολὺς δέ μοι — ὅσοις προσῆλθον] Male vexavit interpretes corruptela librariorum, quamvis una tantum litera peccans, ὅστις pro ὅσοις invecto. Abreſchius, cui πολὺς δέ μου γένοιτ' corrigendum videbatur, ſic exponit: *Ego vero denuo magno in honore habebor, qui huc me contuli expiatus, ita ut commercium meum ſeu conſuetudo cum aliis neminem ſit contaminatura nec nocitura cuiquam.* Heathio in mentem venit ὅς τις προσῆλθ' ἂν emendare, *cuicunque mihi contingeret congredi colloquio innocuo.* Wakefieldo placebat ὡς τις hoc ſenſu: *Multa habeo argumenta, me veniſſe hominem cujus praeſentia piaculi ſit expers contagionis.* Enimvero ſi mecum legas ὅσοις, pro vulgato ὅς τις, omnia plana ſunt. Oreſtes enim: *Longum vero,* inquit, *eſſet ab initio repetere, quot homines jam ſic adierim, ut nihil iis converſatio mea nocuerit,* quod ſcil. fieri non poſſet, niſi fuiſſet a piaculo liberatus. Cf. v. 236 ſqq.

v. 282. καθαιρεῖ] Utrum quod vulgatur καθαιρεῖ *tollit*, an cum Stanlejo καθαίρει *purgat* legas, parum quidem intereſt. Quia tamen καθαρμοῖς paulo ante praeceſſit,

ceſſit, et locus communis, de tempore omnia elevante, aptius videtur vocabulo *tollendi*, quam *purgandi* enuntiari, mihi quoque vulgata ſcriptura magis placet.

v. 288. ἀλλ' εἴτε] In invocationibus Deorum ſolemne erat diverſa loca, quae Dii maxime celebrabant, per disjunctionem adhibita particula εἴτε — εἴτε commemorare. Cf. Ariſtoph. Nub. v. 270 ſqq. „Legitur autem hic verſ. cum ſeq. apud Lycophr. Schol. ad v. 519. et Λιβυστίοις pro Λιβυστικοῖς. Utrumque novit Steph. Byzant. prius tamen noſter iterum in Suppl. v. 287." *Abreſch.*

Λιβυστικῆς] Sic ante Stanlejum jam Caſaubonus legendum eſſe cenſuerat.

v. 289. Τρίτωνος] Circa flumen et lacum Tritonis Minerva primum virginali habitu apparuiſſe dicebatur; hinc nomen ei Τριτογένεια; hinc eſt quod Catullo *rapidi Tritonis hera* nuncupatur Argon. v. 394.

πόρου] Schol. ad Lycophr. v. 519. legit σπόρου. Sed verum eſt πόρου.

v. 290. τίθητιν ὀρθὸν ἢ κατηρεφῆ πόδα] Heathius opinatur καταῤῥεπῆ legendum eſſe, *utrum rectum ſtatuat an proclivem pedem.* Sed unice vera eſt vulgata lectio, quam tamen nolim cum Wakefieldo ſic exponere, q. d. *ſive habeat ibi ſtatuam erectam et apertis adeo plantis inſiſtentem, ſive ſedeat imago deae et perinde veſtimentis usque ad terram defluentibus pedes ejus obtegantur.* Imo de deae perſona, non de ſtatua agitur; adeoque ſignificatur: *ſive ambulet, ſive ſedeat.* Abreſchius κατηρεφῆ τιθέναι πόδα de ſeſſione in curru intelligit.

v. 291. εἴτε Φλεγραίαν πλάκα] „Ariſtid. orat. in Minervam: Λέγεται γὰρ ὡς ἐπειδὴ οἱ γίγαντες παρετάξαντο ἐν τῇ Φλεγρᾷ Ἐγκέλαδον μὲν καὶ τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν κτείνει ἡ Θεός (Minerva)." *Stanl.*

v. 296 ſq. ὥστε μὴ οὐ παρημελημένον ἔῤῥειν] Nec Apollo nec Minervae robur te liberet, *quin neglectus pereas;*

neglectus ſcil. a reliquis omnibus, quemadmodum infra de hominis facinoroſi interitu v. 555.:

ὤλετ' ἄκλαυστος, αἴστος.

v. 297. τὸ χαίρειν μὴ μαθόνθ' ὅπου φρενῶν] *Ita ut prorſus, quid ſit animo laetari, dediſcas, ut nullus laetitiae ſenſus ad animum tuum penetrare poſſit.*

v. 298. ἀναίματον βόσκημα δαιμόνων] Furiarum nempe; cf. v. 259 ſqq.

v. 299. 300. οὐδ' ἀντιφωνεῖς — καθιερωμένος;] Vulgo haec interrogative enuntiata exiſtimant; univerſus autem orationis nexus minas potius quam quaeſtionem poſtulare videtur. Ac ſi legas:

οὐδ' ἀντιφωνεῖς ἀλλ' ἀποπτυεῖς λόγους

utriusque verbi futurum tempus, Atticorum more flexum habebis; eaque ratione bene procedent ἀντιφωνεῖς, — ἀποπτυεῖς — δαίσεις — ἀκούσει. *Neque vero*, Chorus inquit, *loquendi tibi poteſtas erit, ſed averſaberis ſermonem*, h. e. *prorſus obmuteſces, nobis ſcilicet devotus et ſacer.* Qui enim piaculo ſe obligaſſet, eum, donec purgatus eſſet, obmuteſcere ferebant. Cf. v. 445 ſqq.

v. 301. καὶ ζῶν με — σφαγεὶς] *Et vivus quidem, ut nihil opus ſit te ad altare mactare, nos paſces*, ſanguine ſcil. tuo, quem exſugemus.

v. 302. ὕμνος δέσμιος, *carmen ligatorium*, eſt ex genere incantationum, quo furiae Oreſtem ſe quaſi conſtricturas et in poteſtatem ſuam redacturas eſſe minabantur. Is ὕμνος δέσμιος incipit v. 317. ejusque quaſi prooemium verſiculis 301 — 316. continetur.

v. 303. καὶ χορὸν] Nempe non canebant ſolum, ſed et ſaltabant, prorſus ut Shakeſpearius, in Macbethi tragoedia, nobiliſſimum illud ſagarum canticum inſtituit.

v. 303 ſqq. ἐπεὶ μοῦσαν — στάσις ἁμά.] *Poſtquam viſum eſt nobis horrendum illud carmen* (ὕμνον δέσμιον) *decan-*

cantare ſimulque docere, quo ritu ordo noſter muneris vices ſibi demandatas inter homines expleat.

v. 307. ὡς] Stanl. malebat ὧν. Caſaub. οἷς. Neutrum admittendum.

v. 308. εὐθυδίκαι *juſtitiam ſtrenue adminiſtrantes nec ab ejus tramite unquam deflectentes.*

Ceterum non εὐθυδίκαι δ', ſed εὐθυδίκαι δ', legendum eſſe, recte Caſaubonus judicavit.

v. 312. ὅστις δ' ἀλιτῶν] *Quicumque autem delicti reus, ſicut hic homo, manus caede pollutas occultat.*

v. 314 ſqq. μάρτυρες — ἐφάνημεν] *Ibi nos juſtas et veraces teſtes et advocatas iis, qui occiſi ſunt, praebemus, illique caedis auctori ſanguinis ultores cum vi et poteſtate vindictam exſequendi occurrimus.*

μάρτυρες ὀρθαὶ, i. e. ἀληθεῖς. Sophocl. Ajac. v. 355. ὀρθὰ μαρτυρεῖν." *Abreſch.*

v. 317 ſqq. Μᾶτερ —] *Mater, o Mater Nox, quae me peperiſti mortuis viventibusque poenam, audi me! Latonae enim filius debitis me honoribus ſpoliat, hancce feram mihi eripiens, hominem ob maternam caedem ſacrum et devotum.*

v. 324. ἐπὶ δὲ τῷ τεθυμένῳ] *Super illo capite autem nobis devoto canatur carmen, amentiam, delirium, mentis deliquium ciens, hymnus furiarum ligatorius, a lyra alienus, tabem hominibus inferens.*

v. 326. φρενοβαλὴς] Hoc vocabulum ut ſubſtantivum, arbitror ab Aeſchylo compoſitum. Sic enim concinnius coëunt iſta tria ſynonyma, *inſania, delirium, mentis alienatio*, παρακοπά, παραφορά, φρενοβαλής, in quibus nimirum gravis eſt metonymia effectus pro cauſa efficiente poſitae. Et pro ſubſtantivo accepit nuper Schneiderus in lexico gr.

v. 328. ἀφόρμικτος] „Sic in Agam. v. 999.:

τὸν δ' ἄνευ λύρας ὅπως ὑμνῳδεῖ
θρῆνον Ἐρινύς." *Stanl.*

v. 329.

v. 329. αὐονὰ βροτοῖς.] Nihil opus eſt multis hanc lectionem ut exquiſitiorem et poëta digniorem defendere. Sicut enim ſubſtantiva παρακοπά, παραφορὰ pro participiis ponuntur, ſic et αὐονὰ βροτοῖς pro αὔων βροτοὺς *tabefaciens mortales.*

v. 332. αὐτουργίαι] Hoc de *caedibus propinquorum aut conſanguineorum* intelligendum. Cf. paulo poſt v. 350. Choëph. v. 470. Sept. adv. Theb. v. 736. θνατῶν pro θανάτων legendum eſſe recte jam Canterus intellexerat, *quibuscunque mortalium hoc acciderit, ut ſe ſceleſtis conſanguineorum caedibus obligarent.*

v. 333. μάταιοι] „Αὐτουργίαι μάταιοι ſunt homicidia ſceleſta μιαρὰ et φόνοι αὐθένται, ut vocat v. 207. Sic μάταια et ἀνόσια κνώδαλα Suppl. v. 769. et μάταιοι χεῖρες Soph. Trach. 574." *Abreſch.*

v. 334 ſq. ὄφρ' ἂν γᾶν ὑπέλθῃ] Enallage numeri haud infrequenti; *donec aliquis eorum terram ſubeat*, h. e. usque ad mortem.

v. 349 ſq. Ἄρης, τιθασὸς ὤν] h. e. *ſi quis percuſſor, non juſto in bello, ſed cum propinquus ſit, ex inſidiis, propinquum, cui amicus eſſe debebat, occiderit.* Quare non opus eſt ὃν φίλον cum Stanlejo emendare. Nam in Ἄρης τιθασὸς *hoſtis domeſticus* (metaphora a cicuribus animalibus, quae domi aluntur petita, quare τίθασος recte exp. Scholiaſtes οἰκεῖος, φίλος) jam ineſt ſignificatio animi hoſtilis adverſus eum, in quem ob neceſſitudinem mitis et pius eſſe debebat. Simili ratione Agam. v. 1235. Aegiſthus dicitur λέων ἄναλκις οἰκουρός. Ideoque ὃν in φίλον ſubintelligendum eſt quidem; ſcribi vero nil neceſſe.

v. 351 ſqq. ἐπιτόνως — νέου] *Eum enixe* ſ. *intentiſſima cura perſequentes, quamvis pedum celeritate valeat, tamen recentem quo ſe polluit ſanguinem deprehendimus.* Et metro et ſententiae convenit emendatio noſtra διόμεναι κρατερόποδά γ' ὅμως, μάρπτομεν νέον αἷμα pro vulg. κρατερὸν ὄνθ'

ὀνθ' ἑμοίως μαυροῦμεν ὑφ' αἵματος νέου, in quo praeter metrum antistrophico versiculo haud satis respondens μαυροῦμεν alienum est a tota quae poëtae obversatur imagine; quae furias sistit, hominem caede pollutum, quamvis celeriter fugientem, tamen consequentes; eadem imago expingitur v. 360 sqq.

v. 354 sqq. Σπευδόμεναι — ἐλθεῖν] Hunc locum novis curis melius quam antea nobis restituisse videmur. *Id nimirum studiose agimus, ut Jovem istis curis nos facinorosos puniendi liberemus, ab iisque immunem nostro munere praestemus, ut ei ne opus quidem sit in eorum judicium venire. Jupiter enim hanc gentem sanguine stillantem odio dignam curia sua exclusit.*

v. 360 sqq. μάλα γὰρ οὖν — πολύστονος Φάτις] In hisce versiculis primaria regnat imago hominis per supplantationem pedum prostrati. *Repente enim eminusque insilientes graves et robustos pedes his opponimus, supplantandis iis in longa fuga deprehensis idoneos et prorsus exitiosos.*

v. 365. Δόξαι τ' ἀνδρῶν] Malim ἀνδρὸς ut aptius respondeat verbis ὅταν Ἄρης v. 359. itemque sequentibus πίπτων v. 369. et ἀνδρὶ v. 370. *Magnificae vero hominis* de se ipso opiniones et *tantum non ad sidera elatae subsidunt, et cum ignominia in terram deprimuntur, simulatque nos atris vestibus indutae accessu nostro et exoso pedum saltu eum afflixerimus.*

v. 369. πίπτων δ' οὐκ οἶδεν] *Et sic quidem prosternitur, casu haud praeviso, stolide nimirum caecutiens; tantae scilicet tenebrae homini propter piaculum sibi contractum, offunduntur, ac nebulosam caliginem aedibus objectam querun-tur multiplices gemitus.*

v. 373. Μένει non est, ut vulgo accipitur, tertia persona verbi μένειν, sed tertius casus vocabuli μένος. *Ira enim et impetu nostro promtae et versatiles, et ad exsequen-*

das

das poenas alacres, malorum facinorum memores, venerandae et haud facile placabiles mortalibus fumus.

v. 377. ἄτιμ' ἀτίετα] *obeuntes regna ignobilia* deorúmque *honore carentia, a diis locis ſitu ſentis et ſole carentibus disjuncta, vivis et mortuis aſpera.*

v. 382 ſq. τίς οὖν — κνέφας.] *Quis igitur mortalium haec non revereatur et metuat, audiens praepotens illud munus a Parcis definitum ac deorum voluntate nobis conceſſum? Manet enim nobis antiquum illud decus, nec propterea honore omni careo, quamvis aſſignatam mihi ſub terra ſedem et ſole carentes tenebras incolam.*

v. 387 ſq. οὐδ' ἀτιμίας κυρῶ] Haec repugnare videntur ſuperioribus, ubi λάχη ſua ἄτιμα et ἀτίετα nominabant. Sed duplex erat conditio Furiarum. Altera, quod excluſae eſſent a deorum conſortio, et quod apud illos honoratae non eſſent, cf. v. 186. 223.; altera, quod hominibus venerandae eſſent, ab iisque non ſine metu et horrore colerentur.

IN SCENAM VII.

v. 391 ſqq.

v. 392. γῆν καταφθατουμένη] „Sic legendum arbitror. *A Scamandro, terram occupans quam* etc. Heſychius h. l. ut videtur reſpiciens: Καταφατουμένη (l. καταφθατουμένη) κατακτωμένη. Sigeum intelligit, ubi templum fuiſſe Minervae Herodotus refert, lib. V. αὐτὸς μὲν (Alcaeus) φεύγων ἐκφεύγει τὰ δὲ οἱ ὅπλα ἴσχουσιν Ἀθηναῖοι καὶ σφε ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον ἐν Σιγείῳ. Et Alcaeus apud Strabonem lib. XIII. κελεύσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ Ἀλκαῖος, ὡς σῶος ἄροι ἔνθα ὁ' οὐκ αὐτὸν τὸν ἀλεκτορίν ἐς Γλαυκωπὸν ἱερὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί. Eandem cum Herodoto hiſtoriam invenit. Unde τὸ Γλαυκωπὸν ἱερὸν eſſe Ἀθηνᾶς γλαυκώπιδος templum in Sigeo conſtat. Hinc anſam captat Aeſchylus, quo excitet Athenienſes ad recuperan-

perandum Sigeum in Mitylenaeorum manus nuper delapsum —" *Stanl.* Wakefieldus minus bene locum ita constituit:

ἀπὸ Σκαμάνδρου τὴν καταφθατουμένην,
ἦ δῆτ' etc.

a longinquo, a Scamandro scilicet, audivi vocem, quae usque ad eum locum pervenit, ubi nimirum etc.

v. 397 sqq. ἐνθεν — ὄχον] „Nihil defatigatam celeriter se adesse ait, aegidis opera, non velis usam in trajiciendo mari, eoque trajecto curru vectam robustis generosisque equis juncto." Hactenus Abreschius, cui assentior, sed ita, ut curru Minervam etiam mare trajeciisse, ex poëtae mente, putem. Nempe currus per aërem ferebatur, adjuvantibus ventis. Sic etiam Jo. Henr. *Vossius* accepit in libro bonae frugis plenissimo *Mythologische Briefe* T. I. p. 166. ἄτρυτον πόδα sic ut *pedes haud defatigaverim.* Vossius vertit: *ungeräumtes Fusses.* Minime vero audiendus Wakefieldus, qui κώλοις ἀκμαίοις reponendum hariolatur, hoc sensu: *corpori* robusto currum hunc clypeum scilicet aptans et adjungens.

v. 400 sq. καινὴν — πάρα] *Novos autem hic hospites hic loci congregatos videns, non equidem timeo, sed miratio tamen oculos subit.*

„Καινὴ ὁμιλία est ὁμιλία παράδοξος ξένη ut hinc θαυμαστή, *inusitata et invisitata prius.* Sic τὸ καινότατον, *quod maxime mireris*, apud Lucianum aliquoties; et Ael. de Anim. l. 17. c. 18. καὶ τοῦτο δήπου τὸ καινότατον etc. Καινοῦντι τῷ λόγῳ apud Herodot. II. c. 100. est *spargere sermones et rumorem de re mirifica et inusitata.*" *Abresch.*

v. 403. ἐφημένῳ ξένῳ] „Nescio an satis perspicuo et evidenti argumento hinc evincatur, Palladium Athenense fuisse statuam sedentem, non rectam. Eo tamen utitur Strabo l. XIII. contra Ilienses, affirmans Palladis statuam ab eis tunc temporis cultam, quae recta fuit, ean-

eandem esse non potuisse cum prisca Homerica, de qua sic Homerus:

Θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν —

Et refert idem plurimas Minervae statuas antiquas sedentes fuisse: πολλὰ δὲ τῶν ἀρχαίων τῆς Ἀθηνᾶς ξοάνων καθήμενα δείκνυται, καθάπερ ἐν Φωκαίᾳ, Μασσαλίᾳ, Ῥώμῃ, Χίῳ καὶ ἄλλοις πλείοσιν. Verum noster ἐφέζεσθαι pro nudo amplexu, ut videtur, paullo post sumit v. 440.:

Πρὸς χειρὶ τῇ ἐμῇ τὸ σὸν ἐφεζομένη βρέτας." *Stanl.*

v. 404. ὑμᾶς] Enallage casus apud Aeschylum haud infrequens; quare lectionem haud censeo immutandam, praesertim cum aeque recte, ut Abreschius quoque monuit, dicatur λέγω σοί atque λέγω σὲ in compellando et alloquendo.

οὐδενὶ σπαρτῶν γένει] Non est ut Stanl. vertit: *nulli mortalium generi*, sed potius: *nulli eorum qui gignuntur generi*, seu deorum, seu hominum *similes*. Prorsus alienum ab hoc loco est, quod Massieuvio in mentem venerat, *Mémoires de litterature* T. VIII. p. 546. qui σπαρτῶν γένος *Thebanos* significare putabat.

v. 405. ὀρωμένας] Lepidum est Wakefieldi commentum ἀρουμένας ab ἀροῦν *arare*.

v. 407. λέγειν] Significat Minerva, se nolle Furiis deformitatem exprobrare. Abreschius lectionem Ald. Turn. ἡὸ' pro ἡὸέ, vel ἥὸ' pro ἥὸε praefert; ita ut πρόσω δικαίων ἥδε θέμις ἀποστατεῖ, significet: *valde hoc abhorreret a justitia mea*. Sed praestat post πρόσω δικαίων subintelligere ἐστί, ita ut ἡὸ' ἀποστατεῖ θέμις eundem sensum alia phrasi declaret.

v. 410. Νυκτὸς αἰανῆς τέκνα] „Ut de illis Euripides Orest. 408.:

ἔδοξ' ἰδεῖν τρεῖς νυκτὶ προσφερεῖς κόρας.

Anecd. Gr. Villoisoni I. p. 151. κατὰ δὲ Αἰσχύλον μόνον Ἐριννύες Νυκτὸς αἰανῆς τέκνα." *Wakefield.*

v. 411.

v. 411. Ἀρχὴ] „Aliter Servius in Virgilii Aen. l. IV. v. 473. *Nam Dirae in coelo, ut,*

dicuntur geminae pestes cognomine Dirae,
Furiae in terris, Eumenides apud inferos." Stanl.

v. 413. γε μὲν] Wakefieldus γε μήν.

v. 416. τέρμα τῆς φυγῆς] „Sic τέρμα πλάνης Prometh. v. 623. μόχθων 754. et ἄθλου τέρμα v. 427." *Abresch.*

v. 417. ὅπου — μηδαμοῦ νομίζεται] descriptio sedis inferorum.

v. 418. ἐπιῤῥοὰς ἐς φυγάς;] Sententia est: *Ergone huic* (Oresti) *ejusdem generis exilium destinas.*" Abresch.

v. 420. ἄλλης] *Num vero matrem suapte sponte occidit, an vero alius necessitatis iram timens*, h. e. an potius necessitate compulsus, quod eum caedis auctorem haberet, cujus ira, nisi perpetrasset, ei verenda esset.

v. 422. δυοῖν παρόντοιν] *Enimvero cum duae partes sint, dimidium quidem sermonem hactenus audivimus, jam vero et altera pars audienda est.*

v. 423. ἀλλ' ὅρκον] „Observat ritus curiae Areopagiticae, tenebatur enim reus jurare se caedis auctorem non fuisse. Lysias Orat. in Theomnestum: ὁ μὲν γὰρ διώκων ὡς ἔκτεινε διόμνυται, ὁ δὲ φεύγων ὡς οὐκ ἔκτεινε." — *Stanl.*

Itaque Furiae ajunt Orestem neque ipsum jusjurandum accepturum, quia jurare non posset, se Clytaemnestram haud interfeciisse, neque ad ipsas relaturum, quia, si jurassent, eum matrem interfeciisse, cum ut matricidam damnandum esse putabant.

v. 429. ἐπαξίων] „Tentandum non erat ἐπαξίων nostro aliquoties usurpatum, ut Prom. v. 705. c. Theb. 872. etc." *Abresch.* ἀξίαν ἐπαξίων appellant Minervam, quae digna sit, ad quam judicii honos ac munus deferatur. Wakefieldus tamen auctore Stanlejo recepit ἀξίαν σ' ἀπ'

σ' ἀπ' ἀξίων. Sic etiam Scholiaſtes legiſſe videtur, qui expoſuit ἀξίαν οὖσαν γονέων.

v. 432. τόνδ' ἀμυνάθου ψόγον·] Nihil opus eſt cum Abreſchio corrigere τῶν δ' ἀμυνάθου ψόγον.

v. 434. ἑστίας ἁμῆς πέλας] *prope ad aram meam.* Sic recte Stanlejus.

v. 435. ἐν τρόποις Ἰξίονος] „De expiatione Ixionis ſupplicis a Jove facta lege Schol. Pind. in Pyth. Od. 2." *Stanl.*

v. 436. τούτοις] i. e. πρὸς ταῦτα." *Abreſch.*

v. 438. μέγα] „Male interpres: *ex poſtremis tuis verbis argumentum capiam magnum.* Verba hoc dicunt: *magna te cura, quae quantum ex poſtremis verbis tuis colligo, te habet ſollicitam, liberabo;* quod ipſum aliis verbis enuntiat v. 447." *Abreſch.*

v. 439. οὐδ' ἔχει μύσος] *non adhaeret pollutio ex caede manibus meis.*

v. 440. τὸ σὸν ἐφεζομένη βρέτας] *Tuam ſtatuam amplectenti.* Cf. v. 406.

v. 442. ἄφθογγον] „Euripides Iphigenia in Tauris de Oreſte:

Σιγὴ δ' ἐτεκτήνατ' ἀπόφθεγκτόν μ' ὅπως
Δαιτὸς γενοίμην πώματός τ' αὐτοῦ δίχα." *Stanl.*

v. 444. νεοθηλοῦς βοτοῦ] „Porci. Cf. ſupra v. 279." *Stanl.* Structura eſt: ἐστ' ἂν πρὸς ἀνδρὸς αἵματος καθαρσίου σφαγαὶ νεοθηλοῦς βοτοῦ καθαιμάξωσι· ἀνὴρ αἵματος καθάρσιος eſt, qui aliquem *ſanguinis piaculo liberat.* Sic Apollo dicitur φόνου καθάρσιος v. 568.

v. 446. καὶ ῥυτοῖς πόροις] „Oreſti in expiatione Hippocrenes aquam adhibitam fuiſſe, refert Pauſanias in Corinthiacis: καθῆρται δέ φασιν Ὀρέστην καθαρσίοις τε καὶ ἄλλοις καὶ ὕδατι, ἀπὸ τῆς ἵππου κρήνης. Abluto interfectore ſordes ac maculas, quae καθάρσια ſ. ἀποκαθάρματα dicta ex

ex domo foras projicere, atque in secreto aliquo loco occultare solebant. Neque praetereundum est, quod tradit Pausanias l. c. nempe laurum illic enatam, ubi Orestis καθάρσια abdebantur: *κατορυχθέντων δὲ ὀλίγον ἀπὸ τῆς σκηνῆς τῶν καθαρσίων φασὶν ἀπ' αὐτῶν ἀναφῦναι δάφνην, ἣ δὴ καὶ ἐς ἡμᾶς ἐστιν ἡ πρὸ τῆς σκηνῆς ταύτης.*" *Stanl.*

v. 447. ἐκποδὼν λέγω] Recte Abreschius: *Proin tu istam curam missam fac.* Post ἐκποδὼν scil. supplendum εἶναι, vel ἔχειν. Wakefieldus tamen vel ἐκ ποδῶν ἐλῶ, vel ἐκ ποδῶν ἔχω legendum censebat.

v. 454. ποικίλοις ἀγρεύμασι] i. e. *doloso artificio textis*, ut infra v. 625. δαιδάλῳ πέπλῳ.

v. 455. λουτρῶν — φόνον] *Et ipsa professione sua declaravit caedem balnei ope perpetratam.* Haec respiciunt impudentem Clytaemnestrae orationem, qua se dolosis artibus maritum occidisse ultro fatebatur. Agam. v. 1391 sqq.

v. 460. ἄλγη προφωνῶν ἀντίκεντρα καρδίᾳ] *Dolores praedicens cordi meo instar stimuli pungentes —*" *Stanl.*

v. 463. πράξας γὰρ ἐν σοὶ] i. q. πράξας γὰρ τὴν δίκην ἐν σοὶ, πανταχῇ τάδ' αἰνέσω ἃ σὺ κρίνεις.

v. 464 sq. εἴ τις οἴεται τόδε βροτὸς δικάζειν] Minime admittendum, quod Abreschius opinatur, βροτός τις pro simplici τις h. l. dictum esse. Imo vero hoc dicit Minerva: *Lis haec nimis gravis et difficilis, si quis velit eam homo* s. *mortalis judicare; viciſſim autem mihi*, quae ultra mortalem, utpote dea, sapio, haud licet *de caedibus cognoscere.*

v. 467 sqq. ἄλλως τε] Obscuratur verborum sensus et sententiarum consecutio versione Stanlejana: „*Nihilo minus et tu instructus supplex venisti purus innoxius ad aedes meas simulque inculpatum te existentem recipio in urbe. Hae vero habentes portionem infelicem nec consecutae victoriam retro cedant; venenum ex animis terra cadens*

haud ferendus aeternus eſt morbus." Minerva negaverat ſe in caedis actione judicem eſſe poſſe: *idque cum ob alias cauſas*, inquit, *tum praeſertim, quod tu ſupplex bene paratus, purus* a piaculo *et ſine noxa ad aedes meas acceſſiſti*, ut ſtudioſe magis quam juſte agere viderer, ſi te meo judicio abſolvere vellem. *Nihilo ſecius tamen te*, judicii a me conſtituti calculo *ſi inſons apparueris, urbe mea te recipiam. Hae vero*, Eumenides, *ingrato munere fungentes, niſi in hac cauſa vicerint, terra noſtra exeant; venenum enim ex eorum praecordiis ſtillans, in terram cum ceciderit, intolerabilem ciere peſtem ſolet.* Heathius ita ſcribendum exiſtimabat:

Ἄλλως τε, κ' εἰ σὺ μὲν κατηρτυκὼς ὅπως
Ἱκέτης, προσῆλθες καθαρὸς ἀβλαβὴς δόμοις,
Ὅμως δ' ἀμόμφον ὄντα σ' αἱροῦμαι πόλει.

hoc ſenſu: *et praeterea etiam, ſi tu quidem ſupplicis ritu adornatus adveniſti purus innocuus aedes meas, nihilo minus tamen velim, ut nihil habeat urbs mea quod tibi imputet.*

v. 469. ὅμως δ'] Nullo modo ferendum Wakefieldii commentum ὅλως τ'.

v. 474 ſq. τοιαῦτα — ἀμηχάνως ἐμοί.] Verus verborum ſenſus hic eſt: *Et haec quidem ita ſe habent, utramque partem* (Furias et Oreſtem) *manere, utramque autem dimittere ſine offenſione haud licet.* Nempe ſi Oreſtes viciſſet, Furiis ira, quod cauſa cecidiſſent, incenſis, locum Athenis concedere non poterat, ob periculum ex veneno earum terrae impendens. Oreſtem vero expellere, judicio abſolutum, iniquiſſimum fuiſſet. Eundem autem condemnatum terra recipere haud licebat, quia eum tantum ſi ἀμόμφος eſſet, receptum iri dixerat; nec ſalva juſtitia aliter ſtatuere poterat. Stanlejus, quia pro πέμπειν δυσπήμαντ', Jacobi conjecturam πέπτειν δὲ δύσπεπτ', qua nihil poterat eſſe infelicius, in verſione expreſſit, hoc modo reddidit: *Haec quidem utramque partem manent; concoquere aegre maturanda poſſum.*

v. 477.

v. 477 ſq. Φόνων — θήσω χρόνον] Caſauboni emendationem ὁρκίους αἱρουμένη ſecutus ſic vertendum cenſeo: *juratos caedium judices legens conſilium in ſempiternum tempus conſtituam.*

v. 483. Φρεσὶν] Wakefieldus e conjectura recepit Φράσειν.

IN SCENAM VIII.

v. 487 ſqq.

v. 484 ſqq. νῦν καταστροφαὶ — παρηγορεῖ.] *Nunc profecto novarum legum pravitas in civitatem irrumpet, ſi peſſima hujus matricidae cauſa vicerit. Omnes enim homines hoc ejus facinus ad facilitatem* ſimile quid *audendi provocabit; multaeque jam eaeque certiſſimae vulnerum a liberis illatorum perpeſſiones in poſterum parentes manent. Non enim in poſterum haec facinora furiarum homines inſpicientium ira perſequetur; omnem* potius *caedem inultam abire ſinemus. Alius vero alibi mala ſibi a propinquis inflicta queſtus experietur nec ceſſationem, nec effugium, nec ſanationem horum malorum tuto ſperari poſſe; fruſtra vero infelix* ſe ipſum (ſcil. ſpe in furiarum ultione repoſita) *conſolabitur.*

v. 484. νῦν καταστροφαὶ νέων] Male Stanlejus *nunc everſio novarum legum;* καταστροφαὶ enim viciſſitudinem deſignat novarum rerum, quibus priſtinae leges abolentur.

v. 490. ἕτυμα] Wakefieldus poſt Caſaubonum ἑτοῖμα corrigendum autumat; quod ne admittamus antithetici verſus metrum prohibet.

v. 492. τὸ μεταῦθις] Wakefieldus conjicit μάταια τ' αὖθις. Non placet.

v. 499 ſq. λῆξιν — βέβαια] Optime ſi ὑπόδυσιν cum Heathio, et ἀκεά τε nobis auctoribus leges, et metri ratio conſtabit, et ſenſus aptiſſimus pleniſſimusque ſunditur. Mala enim vel ſuapte ſponte *ceſſant* (λῆξις) vel *effu-*

giuntur (ὑπόδυσις) vel etiamsi quis iis affectus fuerit, *sanantur* tamen (ἄκεα).

v. 502 sqq. μηδέ τις — δίκα] *Jam nemo nos invocet ejusmodi infortunio oppressis, hisce vocibus usus! Heu Justitiae dea*, improborum vindex! *Heu furiarum throni!* Talia forte *mox pater aut mater recens percussa* (scil. caede a filiis illata) *miserabiliter vociferentur. Justitiae enim domus ruinam duxit. Nonnunquam timor animis insidens bene et tanquam rationis et mentis inspector terrebit* conscientiam. *Saluberrimum est etiam inter angores et suspiria timoris sapere discere. Ecquis vero nullo in timore cor enutriens*, h. e. *sine timore vitam transigens sive civitas sive mortalis aeque justitiam colat?*

v. 516 sqq. τὶς δὲ — σέβοι δίκαν] Eadem sententia infra simplicius, utpote extra choricum carmen, expressa recurrit v. 689.:

Τίς γὰρ δεδοικὼς μηδὲν ἔνδικος βροτῶν;

v. 518. ἢ πόλις βροτός] Haec certissime corrupta sunt. Nam ἢ et τε particulae inter se haud ita conjunguntur, ut τε — τε, vel ἢ — ἢ, neque de πόλει recte diceretur καρδία aut ἀνατρέφων, masculino genere proxime praecedens. Itaque suspicor Aeschylum scripsisse τις — ἔμπολις βροτός Ϝ' ὁμοίως. *Quis cum in civitate constitutus sit, et mortalis natura, si nihil ei ex injuria sua timendum sit, justitiam colat.*

v. 520 sqq. μητ' ἄναρκτον οὖν — τις ἔστω] *Neque igitur vitam licentiae plenam, in qua nihil timeas, nec duro imperio circumscriptam, ubi omnia metuas, laudandam censeo. Mediocritati enim deus robur proposuit, cetera autem* (quae non sunt mediocria) *aliter tractat*, h. e. frangit ac debilitat. *Jure autem illud edico: ex impietate contumelia verissima progenies, enascitur; ex mentis autem sanitate, felicitas omnibus amica et ab omnibus expetenda. Omnino autem hoc tibi praecipio: Aram justitiae reverere, nec eam lucro*

lucro inhians impiis calcibus pete. Poena enim ſequetur, et dignus (haec ſacinora) *exitus manet. Quapropter unusquisque parentum ſanctitatem revereatur*, (cum reſpectu ad Oreſtem impium matricidam hoc dicitur) *et hoſpitum jura ad aedes deverſantium pie colat.*

v. 520. μήτ' ἀναρχτον οὖν βίον — αἰνέσῃς] Cf. v. 686.

v. 548 ſqq. *Quocirca is, qui libero animi propoſito, nec ulla neceſſitate coactus juſtitiam colit, haud infelix erit; omnino certe nunquam interibit. Contraria vero molientem impium hominem, multa temere ſine juſtitia miſcentem, ſuo tempore ajo magna cum vi interiturum, cum tempeſtas vela ejus fractis antennis invaſerit. Tum autem ad ſurdas clamabit, ineluctabili medio et fluctu oppreſſus. Tum deus audacem hominem ridebit, cernens eum, inextricabili calamitate, haud amplius gloriantem, nec ſaxa in mari ſummo latentia ſuperantem. Poſt longum enim tempus, priſtina felicitate ſcopulo juſtitiae alliſa, indefletus et ignoratus ab omnibus perit.* Germanicis verſiculis nobiliſſimum carmen ſic reddiderim:

So wird der Mann, der ungezwungen
Gerechtigkeit übt, nicht unglücklich ſeyn.
Ganz kann er mindſtens nie verderben,
Indeſs der frevelnde Verbrecher
Im Strom der Zeit gewaltſam unterſinkt,
Wenn das Segel ihm faſst wüthender Sturm
Und die brechende Raa überwältigt.

Er ruft, von keinem Ohr vernommen,
Kämpft in den Wogen hoffnungsloſen Kampf.
Itzt lacht des Brauſenden die Gottheit,
Sieht ihn, nun nicht mehr ſtolz, in Banden
Der Noth verſtrickt, umſonſt die Felsbank flehn,
An der Klippe des Rechts ſcheitert ſein Glück,
Unbeweint, unbemerkt, geht er unter.

v. 552. λεπαίαν οὐδ' ὑπερθέοντ' ἄκραν] Vulgatum λέπαδνον h. l. metaphoram corrumpebat. In λεπαίαν ἄκραν contra, quod repoſuimus, optime procedit allegoria. λεπαία ἄκρα eſt idem quod Virgilius Aeneid. libro I. appellat *dorſum in mari ſummo*, ſcopuli in ſummo mari latentes.

IN SCENAM IX.

v. 556 ſqq.

v. 556. στρατὸν] h. l. *populum*, ut ſtatim v. 559. 673. et alibi ſaepius.

κατεργάθου] „*cohibe*; eadem nempe ſunt εἰργάθειν et ἐργάθειν; hoc Homerus adhibuit, illud Sophocles et Euripides. Sed mediam formam Aeſchyli non meminimus nos alibi legiſſe. Porro quum ἐργάθειν potius videatur Ionas ſapere, quam Atticos, me volente reſtituerit aliquis Aeſchylo κατειργάθου." *Wakefield.*

v. 557. ἥ τ' ὀρθία Τυρσενικὴ] Praeter Jacobi et Askewii lacunam explendi tentamina in notis ad V. L. expoſita, notanda eſt Toupii conjectura, qui in animadv. ad Suid T. II. p. 68. legendum putat: ἥτ' οὖν ἅπαντι διάτορος Τυρσενική.

v. 559. φαινέτω] Askewius mavult φαῖνε τῷ, totumque h. l. ſic vertit: *Tyrrhena tuba coeli internuntia humano ſpiritu impleta intentam vocem profer multitudini.* Sed hac emendatione facile carere poſſumus. Wakefieldus conj. φωνείτω, ſine cauſa idonea.

v. 561. σιγᾷν ἀρήγει] Heathius aptam h. l. in verbo ἀρήγει ſignificationem deſiderans, ἀνώγει legendum putabat. ἀρήγει autem ſignificat: *utile eſt*, *opus eſt.*

v. 562. πόλιν τε πᾶσαν] „Falkenburgium, Grotium et Rawlinſonum praeter rationem τῶ τε ſubſtitutum voluiſſe γε, diſcimus ex Askewii ſpecimine novae Aeſchyli editionis. Idem viſum quoque Caſaubono. Fefellit viros

ros doctiſſimos parum percepta verborum ſtructura et perperam collocatae diſtinctiones. Comma poſt ἐμοὺς in locum puncti ſuſpenſi transferri debet poſt χρόνον, atque ita ordinanda verba: *σιγᾷν ἀρήγει καὶ πᾶσαν πόλιν μαθεῖν τοὺς ἐμοὺς θεσμοὺς εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον, καὶ ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ ἡ δίκη τῶνδε.* —" *Abreſch.* Enim vero quomodo haec Abreſchii diſputatio ad convincendos illos Criticos, qui particula τε offendebantur, valeat, prorſus non intelligo. Ipſe enim in conſtructionis expoſitione particulam τε, de qua quaerebatur, omittit. Nihil autem eſt quod requiras amplius, ſi modo pro vulg. τῶνδε leg. τόνδ'. *Jam enim ſilere decet, et cognoſcere leges meas, tum univerſam civitatem in ſempiternum tempus, tum hunc*, ſcil. Oreſtem, *ut rite haec lis dijudicetur.* Θεσμοὺς ἐμοὺς *leges*, non *judices a Minerva* conſtitutos denotare, recte adverſus Stanlejum monuit Heathius. De judicum enim concilio ſemper ſingulariter ponitur Θεσμός. Eodem enim modo Pallas infra v. 697 ſq.:

Ταύτην μὲν ἐξέτειν' ἐμοῖς παραίνεσιν
Ἀστοῖσιν εἰς τὸ λοιπόν.

Wakefieldo transponendi videntur verſiculi:

Πληρουμένου γὰρ τοῦδε βουλευτηρίου
Πόλιν τε πᾶσαν εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον
Σιγᾷν ἀρήγει, καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμοὺς
Καὶ τῶνδ' ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη.

Sic enim pleno concilio tuba tam faciet, ut in poſterum taceat urbs audiatque leges meas, quam ut nunc haec cauſa probe dijudicetur. Quomodo autem tubae ſonus efficere poſſit, ut etiam in poſterum civitas ſilentium ſervet, aut quid hoc ad Minervae conſilium pertineat, non intelligo.

v. 563. καταγνωσθῇ] „*cognoſcatur* i. q. ἵνα εὖ γνωσθῇ κατὰ τῆς δίκης ταύτης, *de hac lite.* Ita Heſychius: Καταγνῶναι· ἐπιγνῶναι; ut Ariſtoph. Equit. 46.:

οὗτος καταγνοὺς τοῦ γέροντος τοὺς τρόπους."

Wakefield.

v. 564. Eumenides Apollinem in judicium venientem conſpicientes, jubent eum ſuum negotium agere, nec ſe alienis rebus immiſcere; deinde quaerunt, quid haec cauſa ad eum attineat? Mirum, quomodo Wakefieldo in mentem venerit, haec praeconi tribuere.

v. 566. Reſpondet Apollo ſe duplicem perſonam hic ſuſtinere, tum *teſtis*, tum *correi*.

ἔστι γάρ θρόνων ἱκέτης ὅδ' ἀνὴρ] Significatur duplex inter Oreſtem et Apollinem vinculum intercedere; alterum quod ad ejus thronum ſ. aram *ſupplex* acceſſerit; alterum quod in ejus domo ſ. templo purificatus fuerit, adeoque *hoſpitis* (ἑφεστίου) neceſſitudine cum eo conjunctus.

v. 568. καθάρσιος] „Moris erat, ut hoſpes, poſtquam homicidam domo excepiſſet, ablutionibus, ſacrificio, aliisque ritibus expiaret. Cujus rei illuſtre habemus exemplum in Herodoto lib. I. ubi Croeſum narrat, Adraſtum fraterna nece contaminatum hoſpitio excepiſſe; cum vero Adraſtus Croeſi etiam filium imprudenter occidiſſet, eo gravius tulit Croeſus, quod is eum necaſſet, quem expiaſſet a caede. Ὁ δὲ Κροῖσος τῷ θανάτῳ τοῦ παιδὸς συντεταραγμένος μᾶλλόν τι ἐδεινολογέετο, ὅτι μιν ἐπέκτεινε τὸν αὐτὸς φόνου ἐκάθηρε, quo nomine invocavit Jovem καθάρσιον, μαρτυρόμενος τὰ ὑπὸ ξείνου πεπονθὼς εἰη. Meminit et Pauſanias lib. III. καθαρσίων et ἱκεσιῶν, quae Jovi Φυξίῳ perſolvit Pauſanias ob Cleonicae caedem. Τοῦτο τὸ ἄγος οὐκ ἐξεγένετο ἀποφυγεῖν Παυσανίαν καθάρσια πανταχοῖα καὶ ἱκεσίας δεξαμένου Διὸς Φυξίου. Porro Oreſtem expiatum tentorio coram templo Apollinis antiquiſſimo traditum eſt a Troezeniis apud Pauſaniam in Corinthiacis: Τοῦ δὲ ἱεροῦ Ἀπόλλωνός ἐστιν οἰκοδόμημα ἔμπροσθεν, Ὀρέστου καλούμενον σκηνή." *Stanl.*

v. 570. τῆς τοῦδε] Facilis eſt verborum conſtructio: αἰτίαν δ' ἔχω τοῦ φόνου τῆς τοῦδε μητρός, ut nihil opus ſit Wake-

Wakefieldi commento τῆς τῶδε μητρὸς τοῦ φόνου; q. d. *caufa huic* (Oreſti ſcil.) *fui hujusce maternae caedis.*

v. 572. Ἰμῶν ὁ μῦθος] Furias alloquitur Minerva, iisque priorem dicendi locum, ut accuſatricibus, aſſignat.

εἰσάγω δὲ τὴν δίκην] Hoc ſcilicet erat praeſidis judicii officium, reis copiam dicendi facere, ac deinde judices in ſuffragia mittere.

v. 575. λέξομεν δὲ ξυντόμως] „Neque enim prooemio uti licuit ad captandam judicum benevolentiam. Themiſtius Orat. 16. Τάχα οὖν οὐδέ μοι ἐπιτρέψετε ἐπὶ πλέον προοιμιάζεσθαι. Οὐ δὲ γὰρ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ὁ νόμος ἐδίδου. Meurſius huc trahit hunc Iſaei locum apud Pollucem lib. VIII. c. 6. Ἰσαῖος δὲ καὶ τὰ ἐπὶ φόνῳ προειπεῖν, εἰς Ἄρειον πάγον ἐπισκῆψαι ἔφη, quem ſic transfert: *Iſaeus vero etiam in Oratione de caede prooemio uti Areopagum inceſſere dixit.* Quae miror viro Graecarum literarum peritiſſimo excidiſſe, cum nihil minus voluerit Pollux. Tantum ait, quod vulgo dicitur ἐπὶ φόνῳ προειπεῖν id ab Iſaeo dici εἰς Ἄρειον πάγον ἐπισκῆψαι, i. e. caedis judicium intentare contra aliquem apud Areopagum." *Stanl.*

v. 579. ἓν — παλαισμάτων] „Tertia nimirum in luctationibus abjectione in terram victoria conſtitit. Plato in Euthydemo: ἔπι δὴ ἐπὶ τὸ τρίτον καταβαλὼν ὥςπερ πάλαισμα, ὥρμα ὁ Εὐθύδημος πρὸς νεανίσκον. Seneca de Benef. *Luctator ter abjectus perdidit palmam, non tradidit.* Ariſtides: τὸ τρίτον πλεύσας, ὥςπερ οἱ παλαισταὶ παλαίουσιν." *Stanl.*

v. 580. οὐ κειμένῳ πω] i. q. οὔπω κειμένῳ. Oreſtes enim *aufer mihi jactationem*, inquit, *nondum enim proſtratus ſum.* Male Wakefieldus corrigit οὐ κειμένῳ 'πι pro οὐκ ἐπὶ κειμένῳ.

v. 582. πρὸς δέρην τεμὼν] i. q. δέρην προστεμὼν, ut minime opus ſit Wakefieldi emendatione:

Λέξω· ξιφουλκεῖ χειρί, πρὸς δέρην νέμων.

v. 586.

v. 586. καὶ δεῦρό γ' ἀεὶ] „Scholiaſtes ἀεὶ pro ἕως dictum monet. Ita et Harpocration: Ἀεὶ ἀντὶ τοῦ ἕως παρ' Ἀντιφῶντι Σαμοθρακικῷ. Πολλὴ δὲ χρῆσις αὐτοῦ· καὶ Θουκιδίδης ἐν τῷ προοιμίῳ οὕτως ἤρξατο· οὕτως μὲν οὖν μοι δεῦρ' ἀεὶ τείνει λόγους. Pro οὕτως μὲν, lege οὗτος μὲν, nec ſane haec ſunt Thucydidis verba, ſed potius Senarius ex Poëta aliquo deſumtus." *Stanl.*

v. 589. νεκροῖσι νῦν] Ironicae dictioni aptius fortaſſe νεκροῖσι νυν· *igitur et mortuis ſ. inferis conſide matrem cum occideris.* Wakefieldus πέποιθε non imperativum, ſed tertiam perfecti perſonam, interpretatur, q. d. *confidit mortuis, ſi diis placet! qui illum prae cunctis averſabuntur atque agitabunt.*

v. 592. κατέκτανεν] Nihil opus eſt ad h. l. recte intelligendum conjecturis a Stephano et Cantero propoſitis. Oreſtes v. 597. affirmaverat Clytaemneſtram duplici piaculo ſe obligaſſe. Hoc jam nunc explicat, illam, dum Agamemnonem necaret, non ſolum maritum ſuum, ſed et filii ſui patrem occidiſſe.

v. 593. Τοὶ γὰρ — Φόνῳ] Vulgatam lectionem Φόνου probabiliter explicat Abreſchius: *at tu quidem vivis, illa vero a caede libera;* i. e. judicari illa punirive nequit, ſeu judicium de caede ſubire nequit amplius. Aptius tamen Aeſchyli propoſito eſt, quod repoſui:

Τοίγαρ σὺ μὲν ζῇς, ἡ δ' ἐλευθέρα Φόνῳ.

Itaque tu quidem vivis (ut te pro caede matris ulciſci poſſim) *haec autem caede* (qua tu eam necaſti) *ab ultione mea libera evaſit*, illudque ſcelus ſatis expiavit.

v. 597. Οὐ γὰρ] Vulgo in omnibus edd. legitur Πῶς γάρ; Sed hoc prorſus a ſenſu et conſilio verborum abhorret. Quaeſiverat enim Oreſtes, *an ipſe matris ſuae conſanguineus ſit?* Reponunt Eumenides: *Nonne enim te mater, cum te in utero geſtaret, ſanguine ſuo te nutriit?* Negante ſcilicet hic quaeſtione opus erat, non affirmante. Itaque Πῶς γάρ; nullo modo poteſt admitti.

v. 608. Ζεὺς ὀλυμπίων πατὴρ] „Itaque Apollo ſic precatur in hymno Homereo v. 131.:

εἴη μοι κιθαρίς τε φίλη καὶ καμπύλα τόξα
Χρῆσαί τ' ἀνθρώποισι Διὸς νημερτέα βουλήν.

quos ſequitur Virgilius Aen. III. 250.

Accipite ergo animis atque haec mea figite dicta
Quae Phoebo pater omnipotens mihi Phoebus Apollo
Praedixit, vobis Furiarum ego maxima pando.

Fuit enim ex dilectiſſimis Jovi numinibus, teſte Callimacho hymn. Apoll. 28., poſt Homerum Il. A. 86. Hinc hymnographus in Anthol. gr. Apollinem vocat Ζηνόφρονα, *menti Jovis conſcium* ob futurorum divinationem." *Wakefield.*

v. 614. μηδαμοῦ τιμὰς νέμειν] „Longiſſime a poëtae mente aberravit interpres, vertens: *matris poenas nullatenus ſuſtinens;* reddi debebat: *matrem nullo loco habere* vel *nullum honorem habere matri* Docent ſatis ſequentia, et v. 637. πατρὸς προτιμᾶ Ζεὺς μόρον τῷ σῷ λόγῳ." *Abreſch.*

v. 615. οὐ γάρ τι ταυτὸν] *Non enim idem eſt* mulierem occidi *et virum generoſum eundemque regiis ſceptris a Jove conceſſis decoratum.* Quod Stanlejus proponit κτανεῖν pro θανεῖν, ideo ferri nequit, quia ſequitur καὶ ταῦτα πρὸς γυναικός.

v. 621. ἀπὸ στρατείας] Ab *expeditione enim bellica* eum *redeuntem, ubi plurima* benevolis quidem *optima adminiſtraſſe viſus eſſet, excipiens eum lavacro, balneum praebuit, et in fine* lavationis *pallio eum circumdedit, virumque artificioſo indumento, exitum non habente irretitum, percuſſit.* παρεσκήνησεν v. 624. univerſe *praebendi* ſignificatu ponitur; niſi malis *induendi* vim tribuere, ſicut περιστιχίζω Agam. v. 1394. Certe ἀπὸ τοῦ κοινοῦ praebendi poteſtas poſt ὀρύτην anticipanda eſt. Scholiaſtes vero lectionem ὀροίτην ſecutus eſt, interpretatur enim πυέλῳ τῇ ὡς σορῷ αὐτῷ γενομένῃ.

ἡμπο-

ἐμπολητόν] Hoc vocabulum Wakefieldus *vocem nihili* appellat, satis pro imperio. Non recordatus est scilicet verbum ἐμπολᾶν, quod teste Hesychio i. e. q. περιποιεῖν, πραγματεύεσθαι, aut secundum Schol. in Sophocl. Antig. v. 1549. κερδαίνειν, περιποιεῖν. Itaque ἀπὸ στρατείας μὲν ἐμπολητόν τὰ πλεῖστ' ἀμείνονα significat: *cum enim ab expeditione bellica plurima meliora lucrifeciſſet*, h. e. multas res optime geſſiſſet. Wakefieldi autem emendationibus, ἐμπεπλευκότα vel ἀμπεποληκότα, *reverſum*, Aeſchyli textus corrumperetur.

v. 638. οὗτις ἐστ' ἀνάστασις] „Facit huc locus Sophocl. Electr. v. 136. οὗτοι τόν γ' ἐξ ᾅδα παγκοίνου λίμνας πατὴρ ἀνστήσει.

v. 640. ἄνω καὶ κάτω cum στρέφων, non cum τίθησιν copulandum: *cetera vero omnia Jupiter conſtituit, ſurſum deorſum volvens*; h. e. modo ſic, modo aliter dirigens.

v. 641. οὐδὲν ἀσθμαίνων μένει] de *viribus nullo labore exhauriendis* dicitur, ſive de eminente Jovis potentia, cui nihil grave aut difficile eſt. *Facili opera*, uno quaſi impetu, non *laboris anhelus*, ut loquitur Sil. Ital. XV. 721. neque ἄσθματος καὶ ἀπορίας μεστὸς γενόμενος, ut ap. Plat. de Rep. 496. Noſter ſupra v. 243. πολλοῖς μόχθοις ἀνδροκμῆσι φυσιᾷ σπλάγχνον.

v. 642. πῶς γὰρ] Particula γὰρ locum hic non habet. Non enim cauſam eorum, quae antea dicta erant, afferunt Eumenides, ſed potius ex iis, quae Apollo in medium protulerat, colligunt aliquid, quod cauſae ſuae profecturum erat. Itaque vel cum Caſaubono legendum Πῶς δ' ἄρ, vel, quod malim, Πῶς γοῦν. Sic nimirum ratiocinantur Eumenides: *Quomodo igitur* (ſi nullus datur homini ſemel occiſo ad vitam regreſſus,) *tu defendere hunc reum et ut abſolvatur poſtulare poſſis, etiam atque etiam vide.*

πῶς ὑπερδικεῖς — ὅρα] „Scholiaſtes recte verſum hunc quaſi oppoſitum ſtatuit verbis Apollinis v. 637 ſqq.

ἀν-

ἀνδρὸς — ἀνάστασις. Suadet iſtud quoque ſequens v. 643. et Apollinis reſponſum v. 648 ſqq. Φεύγειν pro ὥϛτε φεύγειν, et hoc pro ἐκφεύγειν. Infra v. 742.: Ἀνὴρ ὃδ' ἐπτέφευγεν αἵματος δίκην. Genitivus quem ὑπερδικεῖς requirit, eſt τοῦδε, et ſtructura ὅρα πῶς δικάζεις ὑπὲρ τοῦδε ὥϛτε φεύγειν (αὐτὸν) i. e. πῶς ὑπερδικεῖς τῆς φυγῆς καὶ ἐλευθερώσεως τοῦδε." *Abreſch.*

v. 648. οὐκ ἔστι μήτηρ ἡ κεκλημένη τέκνου] Ita procul dubio legendum eſt; non ut vulgo in Ald. ceteriſque edd.

οὐκ ἔστι μήτηρ, ἡ κεκλημένου τέκνου —

Non profecto ea, quae dicitur mater, eſt partus procreatrix. Sic et Eurip. Alceſt. v. 637. οὐχ ἡ τεκεῖν φάσκουσα καὶ κεκλημένη μήτηρ μ' ἔτικτε.

v. 649. τοκεὺς] Quod Spanhemius ad Callimach. in Dian. v. 81. emendandum cenſebat τοκὰς, neceſſarium haud videtur. Quid enim ſi Aeſchylus τοκεὺς genere communi poſuit? Quid ſi conſulto vocabulum maſculini generis adhibuit; q. d. *non eſt mater quae dicitur verus liberorum parens.* Ceterum ſententiam hanc Euripides quoque expreſſit Oreſt. v. 551.:

Πατὴρ μὲν ἐφύτευσέν με, σὴ δ' ἔτικτε παῖς,
Τὸ σπέρμ' ἄρουρα παραλαβοῦσ' ἄλλου πάρα.
Ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν·
Ἐλογισάμην οὖν τὸ γένος ἀρχηγέτῃ
Μᾶλλον μ' ἀμῦναι τῆς ὑποστάσης τροφάς.

Similiter fere apud Eurip. fragm. inc. (quod eſt ap. Stobaeum) LVIII. edit. *Beck.*

Ἀλλ' ἴσθ' ἐμοὶ μὲν οὗτος οὐκ ἔσται νόμος,
Τὸ μὴ οὐ σε, μᾶτερ, προσφιλῆ νέμειν ἀεί,
Καὶ τοῦ δικαίου καὶ τοκῶν τῶν σῶν χάριν.
Στέργω δὲ τὸν φύσαντα τῶν πάντων βροτῶν
Μάλισθ', ὁρίζω τοῦτο· καὶ σὺ μὴ φθόνει.
Κείνου γὰρ ἐξέβλαστον, οὐδ' ἂν εἷς ἀνὴρ
Γυναικὸς αὐθήσειεν, ἀλλὰ τοῦ πατρός.

τροφὰς

τροφὸς δὲ] i. q. ἀλλὰ τροφὸς μόνον.

v. 650. τίκτει] h. l. non *parit*, ſed *primum gignit; princeps eſt generandi.*

ὁ θρώσκων] Heſychius: Θρώσκων· κνώδαλα ἐκθορίζων, καὶ σπερματίζων, γεννῶν. Αἰσχύλος Ἀμυμώνῃ." *Stanl.*

v. 655. οὐδ' ἐν] Caſaubonus malebat οὔ γ' ἐν. Fortaſſe tamen rectius οὐκ ἐν.

v. 664. ἀπὸ γνώμης] *ex animi ſententia.* Abreſchius attulit Plutarch. T. II. p. 44. D. δικάζοντα δεῖ μήτε πρὸς χάριν, μήτε πρὸς ἔχθραν ἀκούειν, ἀλλ' ἀπὸ γνώμης πρὸς τὸ δίκαιον.

v. 671. θεσμὸν] „Judices intellige a Minerva inſtitutos, ut v. 481. 612." *Stanl.*

v. 672. κρίνοντες] „Meurſius in Areopago c. 9. locum hunc ita reddidit:

Audiant nunc legem Athenienſes
Primas lites judicantes ſanguinis fuſi.

Dein ſubdit: „„ad quae verba Scholiaſtes: Σημείωσαι ὅτι πρώτη ἐπὶ Ὀρέστῃ γέγονε δίκη ἐν τῷ Ἀρείῳ πάγῳ. Obſerva quod primum de Oreſte judicium fuerit in Areopago. Sed erroris eum manifeſtum teneo; quippe caedes Halirrhothii judicium Oreſtis anteceſſit annis amplius trecentis; et interea Cephalus quoque Daedalusque ſunt ibidem judicati ante Oreſtem. Sine dubio corruptus eſt Aeſchyli locus, legendumque non κρίνοντες, ſed κρίναντας. Et ſic demum vera erunt verba Minervae."" Haud ſanum eſſe verbum κρίνοντες viro docto ſuboluit; cui tamen medelam non adhibuit; aeque enim populus Athenienſis hanc cauſam judicabat, ſed pauci ex iis ad hoc judicium a Minerva ſelecti. Itaque ſupra v. 563 ſqq. ſilentium populo imponebatur, quo melius judices Areopagitae et cauſam audirent, et ſententiam ferrent. Aliud itaque Ἀττικὸς λεὼς, aliud judices, quos θεσμὸν vocat, prout ad verſum praecedentem obſervavimus. Quapropter

propter cum τὸ κρίνοντες ad θεσμὸν referendum videatur, leviſſima mutatione κρίνοντας legendum arbitror, ut ſit ſenſus: *audiatis jam judices a me inſtitutos, o Athenienſes, qui hanc primam cauſam de ſanguine fuſo dijudicant.* Notiſſima eſt figura, qua ſenſus reſpicitur, non vocabulum. Porro cum Aeſchylus πρώτας δίκας dixit, hanc primam eſſe voluit cauſam, ab Athenienſibus in Areopago judicatam." *Stanl.*

v. 675. Πάγον] „Huc pertinere Ennianum illud fragmentum creditur:

Areopagiticam ea de re vocant petram." *Stanl.*

Πάγον δ' Ἄρειον τόνδ'] Quia poſt haec verba longior ſequitur parentheſis verborum Ἀμαζόνων ἕδρας — πάγος τ' Ἄρειος, facile excuſabitur ἀνακολουθία conſtructionis, quae nulla eſſet, ſi ſtatim ſic incepiſſet Aeſchylus hanc periodum Ἐν δὲ Πάγῳ Ἀρείῳ τῷδε — ἐν δὲ τῷ σέβας etc. *Hunc igitur Martis collem,* (Ἄρειον πάγον) *Amazonum olim ſedes et caſtra, cum* Theſei *invidia ductae huc belligerantes adveniſſent, altamque hanc urbem turribus et munimentis cingerent, Marti ſacrificiis oblatis, unde nomen Martii collis ſ. Areopagi ei haeſit, in hoc igitur civium reverentia et cognatus cum ea timor eos dies noctesque ab injuria arcebit; modo ne ipſi cives antiquas leges malis rivulis contaminent; limpidam enim aquam ſi quis coeno polluerit, gratum nunquam potum inveniet. Civibus autem ſuadeo, ut formam reip. colant, quae nec ſine imperio ſit, nec unius dominationi ſubjiciatur; neque ut omnem timorem ex civitate ejiciant. Quis enim mortalium, qui nihil timeat, juſtitiam colat? Hanc igitur judicii majeſtatem recte reverentes ſalutare hujus agri et urbis propugnaculum habebitis, quale nulli alii mortalium generi contigit, neque in Scythia, neque in Peloponneſo. Adeoque hunc ſenatum nullis lucris obnoxium, pudentem, acrem tamen et ſeverum conſtituo, qui reliquis dormientibus ſaluti civitatis invigilet.* Wakefieldus parentheſin usque ad v 693. continuat, verbaque

Πάγον δ' Ἄρειον cum Βουλεύω σέβειν conſtruenda eſſe opinatur, quod fieri non poteſt.

Ἀμαζόνων ἕδραν] „Meminit et Etymologici auctor. Ἄρειος πάγος, δικαστήριον Ἀθήνησιν οὕτω καλούμενον ὅτι αἱ Ἀμαζόνες ἐπὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἐστρατεύοντο Ἄρεος οὖσαι. Notandum vero quod in Etymologia nominis ab Aeſchylo recedit; neque enim Areopagum ita dictum vult, quod ibi Amazones Marti ſacra fecerint, ſed ab ipſis Amazonibus, utpote quae eſſent Martis filiae. Cui aſtipulatur etiam Euſtathius in Dionyſium Perieg. Ἀφ' ὧν, ὡς ἐξ Ἄρεος ἀγομένων καὶ ὁ Ἄρειος πάγος ἐν Ἀθήναις ὠνόμασται, οἷα μέχρι καὶ ἐκεῖ ἐλθουσῶν." *Stanl.*

v. 681. Φόβος συγγενὴς non eſt *timor ab natura ingenitus*, ut Wakefieldus putat, ſed *timor cum reverentia cognatus*, quam cives Areopago praeſtituri eſſent.

v. 683. μὴ 'πικαινόντων νόμους κακαῖς ἐπιῤῥοαῖσι] „Poſt Stephani conjecturam ἐπικαινούντων et Caſauboni πικραινόντων, novam Wakefieldus attulit, μὴ 'πιχραινόντων. Haud male. Neque tamen vulgata lectio non habet, quo ſe tueatur. „Ἐπικαίνειν enim valet ἀφανίζειν, quod noſtri non multum diſſimili loco poſuit Lyſis Pythag. Ep. ad Hipparch. εἴ τις εἰς φρέαρ βαθὺ βορβόρου πλῆρες ἐγχέαι καθαρὸν καὶ διειδὲς ὕδωρ, τόν τε βόρβορον ἐτάραξε, καὶ τὸ ὕδωρ ἠφάνισεν. Et ἀφανίζειν per χραίνειν, μολύνειν, et ὄζειν ποιεῖν eſt in Schol. *Nicandri* ad Alexiph. v. 467. add. Diluc. Thucyd. p. 759. deque ejusdem verbi uſu Thom. Reineſ. Var. lect. l. 3. c. 6. Similiter ἐναίρειν pro ἀφανίζειν et αἰσχύνειν apud Homer. occurrere notat Euſtath. ad Odyſſ. Z. p. 261. v. 12. atque T. p. 695. v. 33. Neque aliter ἀποκτείνειν Plat. de Rep. 503. ἀποκτείνειν δόξας ἢ ἐπιθυμίας, ut ἀποκτείνειν τὴν ἔχθραν Paulus Ep. ad Epheſ. c. II. v. 16. i. e. *finire*, *abolere*, *penitus delere*; itidemque Lat. *perimere*, *occidere et interficere*. Virgil. IV. Georg. v. 330. *interficere meſſes.*" Hactenus Abreſchius.

v. 684.

v. 684. βορβόρῳ θ' ὕδωρ] „Pro θ' quod mihi eſt τε pro τε γάρ, ſive καὶ γὰρ Caſaubonus conjecit δ'." *Abreſch.*

v. 687. περιστέλλουσι] „Frequens eſt uſus verbi περιστέλλειν, pro θεραπεύειν et ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς ἀξ.οῦν, quomodo exponit Schol. *Pind.* Iſthm. I. v. 46." *Abreſch.*

v. 697. εἰς τὸ λοιπόν.] *Et haec quidem*, quae modo de Areopago expoſui, *ad omnes cives in poſterum pertinent; jam vero ſurgere oportet et calculos ferre.* Male Abreſchius εἰς τὸ λοιπὸν cum ſequentibus conjungendum opinatur, hoc ſenſu: *Quod ſupereſt, ſurgere oportet.*

v. 701. βαρεῖαν τήνδ' ὁμιλίαν χθονὸς] *ſocietatem noſtram, quae gravis huic regioni futura eſt, ſi eam judicio veſtro laeſeritis.* Cf. v. 710.

v. 705. αἱματηρὰ — σέβεις] Cf. v. 564.

v. 708. πρωτοκτόνοισι προςτροπαῖς Ἰξίονος] *Num vero pater meus conſiliis ſuis excidit, aut fallitur, propterea quod ſupplicem Ixionem ad ſe converſum caedis piaculo primus liberavit?*

v. 713. Φέρητος ἐν δόμοις] Reſpicit Alceſtidem Admeti uxorem ab inferis revocatam. Cf. Eurip. Alceſt. v. 28 ſqq.

v. 717. παλαιοὺς δὴ νόμους] Vulgata lectio παλαιὰς δαίμονας, quia ſtatim ſequitur ἀρχαίας θεάς, etiam Wakefieldum offendit, qui πάλαι τὰς δαίμονας legendum putat, *dudum corruptis illis*, ſcil. Parcis. Nos tamen non poenitet emendationis παλαιοὺς δὴ νόμους. Cf. v. 800.

v. 718. ὕπνῳ] Vulgatam quidem lectionem οἴνῳ ſic defendi poſſe putat Wakefieldus, ut reſpiciatur ad vinum, cujus avidus bibendi venerit Orcus ad Alceſtidis tumulum, coll. Eur. Alc. 857. Sed hanc rem nonniſi aegre huc trahi, ipſe ſenſiſſe videtur. Itaque proponit etiam δόλῳ παρηπάτησας, quod etſi haud ineptum arbitror, non tamen cur Stanlejanae emendationi ὕπνῳ praeferendum ſit intelligo.

v. 719. οὐκ ἔχουσα τῆς δίκης τέλος] i. q. v. 709. μὴ τυχοῦσα τῆς δίκης.

v. 720. ἐμῇ — βαρύν.] *Evomes virus, nihil tamen adverſariis tuis*, Oreſti ſcil. et mihi *nociturum.*

v. 722. μένω] fortaſſe legendum θέλω.

v. 723. ὡς ἀμφίβουλος] „Poſſet ὡς accipi pro *quippe*, *utpote*, neque tamen vel ſic bene cohaerebit oratio. Sed ſcil. plura dicturam Eumenin interpellat Minerva. Nexui conſuletur, ſi legatur ὡς γ' ἀμφίβουλος οὖσα, ut in Prom. v. 77. ὡς οὐπιτιμητής γε τῶν ἔργων βαρύς." *Abreſch.*

v. 725. Ψῆφον — προσθήσομαι] „Minervam ſuum adjeciſſe calculum, quo abſolutus eſt Oreſtes, tradunt alii quoque. Ariſtides orat. in Minervam: τὴν δὲ Φιλαν-θρωπίαν (Minervae) οἱ περὶ Ὀρέστην λόγοι μαρτύρονται, ὃν φυγόντα μὲν ἐξ Ἄργους Ἀθήναζε φεύγοντα δ' Ἀθήνῃσι δίκην ὑπ' Εὐμενιδῶν, ἴσων τῶν ψήφων γενομένων προσθεμένη τὴν παρ' αὐτοῖς σώζει. Καὶ τοίνυν ἔτι νῦν σώζει πάντας, ἐὰν ἴσαι γένωνται. Julianus in Euſebiae encomio. Orat. II. Ἀθήνῃσι μὲν οὖν φασὶν ὅτι τοῖς πρώτοις ἔθεσιν ἐχρῶντο, καὶ ἔζων τοῖς οἰκείοις πειθόμενοι νόμοις, μεγάλην καὶ πολυάνθρω-πον οἰκοῦντες πόλιν εἴποτε τῶν δικαζόντων οἱ ψῆφοι κατ' ἴσον φαίνοιντο τοῖς φεύγουσι πρὸς τοὺς διώκοντας, τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἐπιτιθεμένην τῷ τὴν δίκην ὀφλήσειν μέλλοντι, ἀπολύειν ἅμφω τῆς αἰτίας. Philoſtratus in Ariſtocle lib. II. Εὐδοκιμοῦντι δὲ αὐτῷ κατὰ τὸ Πέργαμον καθηρτημένῳ πᾶν τὸ Ἑλληνικόν, ἐξελαύνων ὁ Ἡρώδης εἰς Πέργαμον, ἔπεμψε τοὺς ἑαυτοῦ ὁμιλη-τὰς πάντας· καὶ τὸν Ἀριστοκλέα εἶδεν, ὥςπερ τις Ἀθηνᾶς ψῆ-φος. Meminit et Dio lib. 51. Ἐκκλητόν τε δικάζειν καὶ ψηφόν τινα αὐτοῦ ἐν πᾶσι τοῖς δικαστηρίοις, ὥςπερ Ἀθηνᾶς φέρεσθαι ἐκέλευσαν." *Stanl.*

v. 727 ſq. τὸ δ' ἄρσεν — κάρτα δ' εἰμὶ τοῦ πατρός.] Ut φιλεῖν παντὶ τῷ θυμῷ Ariſtid. T. III. p. 712. Tum εἶμι τοῦ πατρὸς ut Eurip. Electr. v. 1102. οἱ μέν εἰσιν ἀρσένων, οἱ δ' οὗ φιλοῦσι μητέρας μᾶλλον πατρός. Eſtque elegans iſte

iste usus τοῦ εἶναι et γίγνεσθαί τινος pro *teneri* ac *deditum esse*. ἔχεσθαι τοῦ aut ἑλέσθαι τινά." — *Abresch.*

v. 731. κἂν ἰσόψηφος κριθῇ] Nempe si suffragia essent utrimque aequalia, annumerato etiam ipsius Minervae calculo, Orestem absolutum iri denuntiat.

v. 736. Νῦν ἀγχόνης μοι — φάος βλέπειν] „Cum singula propemodum verba clament, versum hunc non Eumenidibus convenire, sed Oresti, hujusque personam praeponendam (sunt enim quatuor ἀμοιβαῖοι) apparet quam inconsiderate hinc rursus reprehendendi poëtae occasionem arripuerit Pauwius." *Heath.*

v. 737. ἡμῖν — μένειν] *Nobis enim pereundum est*, s. *actum enim est de nobis, nisi antiqui nobis honores maneant.*

v. 738. πεμπάζετ' ὀρθῶς] *accurate et ordine numerate.*

ἐκβολὰς ψήφων] h. e. ψήφους ἐκ τευχέων ἐκβεβλημένας. Cf. v. 732.

v. 740. γνώμης — μέγα] *Nam vel unicum si suffragium abesset, magna sequeretur* reum *calamitas.*

v. 741. βαλοῦσα τ'] Praestat scribere βαλοῦσα ὁ' *unius vero etiam calculus adjectus domum servare potest.*

v. 742. Ἀνὴρ ὅγ' ἐκπέφευγεν] „Si ex hac Fabula hausta fuerit Enniana (prout viris doctissimis visum est) huc pertinet fragmentum illud apud Nonium in v. *Facessere.*

Dico ego vicisse Orestem, vos ab hoc facessite.

Alii ad v. 731. referunt." *Stanl.*

v. 743. ἴσον γάρ ἐστι τἀρίθμημα.] „Orestem ἰσοψηφίᾳ a Minerva liberatum refert ipsa apud Euripidem Iph. in Taur. v. 1469.

οὕνεκ' ἐκσώσασά σε
Καὶ πρίν γ' Ἀρείοις ἐν πάγοις ψήφους ἴσας
Κρίνασ', Ὀρέστα· καὶ νόμισμ' εἰς ταυτόγε
Νικᾷν ἰσήρεις ὅστις ἂν ψῆφον λάβῃ.

Meminit et in Electra Euripides v. 1265.:

Ἴσαι δέ σ' ἐκσώζουσι, μὴ θανεῖν δίκῃ
ψῆφοι τεθεῖσαι.

Et ibid. v. 1265.:

Καὶ τοῖσι λοιποῖς ὅδε νόμος τεθήσεται
Νικᾷν ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί.

Alludit etiam Ariſtophanes in Ranis:

κελαδεῖ δ' ἐπίκλαυτον ἀηδόνων
νόμον, ὡς ἀπολεῖται
κἀν ἴσαι γένωνται.

Quare vero cum calculi pari numero accuſatori et reo fuerint, reum vincere ſancitum ſit, διατί ποτε ὅταν καὶ τῷ φεύγοντι καὶ τῷ διώκοντι φαίνωνται ψῆφοι ἴσαι, φεύγων νικᾷ, plures aſſignat rationes Ariſtoteles Probl. Sect. 29. Quaeſt. 13." *Stanl.*

v. 747. ἔν τε χρήμασιν] Propter illud τε, quod h. l. otioſum videri poteſt, Wakefieldus arbitratur quaedam intercidiſſe. Sed ſi poſt Ἀργεῖος ἀνὴρ αὖθις (pro quo malim Ἀργεῖος ὢνὴρ αὖθις) ſuppleamus ἐστί, non eſt cur quid amplius deſideremus. *Argivus hic vir iterum eſt* (h. e. poſtliminio in patriam rediit), *et in bonis patriis habitat.* Prorſus ut paullo ante τοὺς ἐμοὺς δόμους, et γῆς πατρῴας ἐστερημένον componebantur.

v. 750. Σωτῆρος] „i. e. Διός, vid. Euripid. Hercul. fur. 48." *Wakefield.*

v. 752. τῷ σῷ στρατῷ, *populo tuo*, ut alibi ſaepius.

v. 753. τὸ λοιπὸν — πλειστήρη χρόνον] Recte auctore Heathio vertitur: *Deinceps in omne futurum tempus, quamvis longiſſimum ſit.*

v. 754. ὁρκωμοτήσας] *Et jam nunc domum ita redeo, ut jurem tibi neminem poſthac regum Argivorum, qui me ſequentur, bellum Athenienſibus illaturum.*

v. 759. ἀμηχάνοισι φράξομεν δυςπραξίαις] Ita primus emendavit Heathius ſane eleganter et appoſite. Abreſchius

ſchius tamen vulgatae ſtructuram ſic exponit: αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ὄντες ἐν τάφοις τότε, τιθέντες ὁδοὺς ἀθύμους δυσπραξίαις ἀμηχάνοις καὶ πόρους παρόρνιθας τοῖς παραβαίνουσι τὰ ἐμὰ νῦν ὁρκώματα, πράξομεν ὡς αὐτοῖς μεταμέλῃ πόνος.

v. 770. κοὐκ χερῶν εἵλεσθέ μου] „Supra v. 142 ſqq. non leges, ſed Oreſtem ſibi ereptum et v. 320.: ὁ Λατοῦς ἵνις μ' ἄτιμον τιθῆσι τόνδ' ἀφαιρούμενος πτῶκα. Vereor itaque, ne quid interciderit." *Abreſch.*

v. 773. ἀντιπενθῆ] Hanc lectionem, quam Scholiaſtes quoque in codice ſuo invenit, jure praeferendum cenſet Heathius.

v. 775. χθονὶ ἄφορον] Sic legendum eſſe jam viderat Auratus. Cf. Spanhem. ad Joſeph. ed. Havercamp. T. II. p. 419.

v. 776. Λιχὴν] Significatur *peſtiferum virus ex ſanguineis Eumenidum ſtillis propagatum.*

ἄφυλλος ἄτεκνος] i. e. *frugibus terrae et humanae ſoboli perniciosus;* ut Sophocles de peſte in Thebas ſaeviente Oed. Tyr. 25.

Φθίνουσα μὲν κάλυξιν ἐγκάρποις χθονὸς
Φθίνουσα δ' ἀγέλαις βουνόμοις, τόκοισί τε
Ἀγόνοις γυναικῶν.

Et Virgil. Aen. III. 137.

ſubito cum tabida membris
Corrupto coeli tractu, miſerandaque venit
Arboribusque ſatisque ſuis et letifer annus." Wakefield.

v. 778. βροτοφθόρους] Wakefieldus repoſuit βοτοφθόρους. Non aſſentior.

v. 779. τί ῥέξω; τί γένωμαι;] *Quid faciam? aut quid me fiet?*

v. 783. ἀτιμοπενθεῖς] h. e. *ob ἀτιμίαν triſtes, contumelia contriſtatae.*

v. 784. βαρυστόνως] „*aegre graviter*, quasi infelices et κακοδαίμονες. Hesych. βαρύστονος· κακοδαίμων. Sophocles Oed. Tyr. 1232.:

Λείπει μὲν οὐδ' ἃ πρόσθεν ἤδειμεν τὸ μὴ οὐ
Βαρύστον' εἶναι." *Wakefield.*

v. 785. ἰσόψηφος δίκη] „*Causa exitum sortita seu peracta et finita est paribus suffragiis parive calculorum numero.* Sic ἐξελθεῖν itemque ἐκβῆναι, ἐξιέναι alii." *Abresch.*

v. 789. βλάβας ἔχειν] „Schol. illustrat per ὑπέχειν; potuisset quoque exponere λαμβάνειν et ἀπολαύειν. Sic λαβεῖν βλάβας Choëph. 496." *Abresch.*

v. 780. σκήψησθε] „Pro ἐνσκήψησθε, ut v. 876. ἐπιῤῥέπειν μῆνιν καὶ κότον τῇ πόλει, et ὑπερθύμως δύσκηλον στῆσαι χθόνα, v. 815." *Abresch.*

v. 792. πλευμόνων σταλάγματα] Recepi nunc Wakefieldi emendationem. Nam πλευμόνων σταλάγματα idem significant, quod Eumenides v. 775. dicunt καρδίας σταλαγμόν. Vulgatam δαιμόνων σταλάγματα qui teneat, sic defendere possit, ut de *grandine* intelligatur, Furiarum ira segetibus immissa. Sic enim Theophrastus de C. Plant. l. V. c. 11. ὡς γ' ἔνιαι (scil. plantarum φθοραὶ) καὶ ἀπὸ τῶν δαιμόνων συμβαίνουσι, καθάπερ ἡ χαλαζοκοπία. Et grandines optime dici possunt αἰχμαὶ βρωτῆρες σπερμάτων ἀνήμεροι. Ceterum hic locus ceterique in hac tragoedia, ubi de noxis ex Furiarum ira in terram redundantibus agitur, optime illustratur his Callimachi versibus Hymn. in Dianam v. 124 sqq.:

Σχέτλιοι, οἷς τύνη χαλεπὴν ἐκμάξεαι ὀργήν.
Κτήνεά φιν λοιμὸς καταβόσκεται, ἔργα δὲ πάχνη.
Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' υἱάσιν· αἱ δὲ γυναῖκες
Ἢ βλητὰ θνήσκουσι λιχώϊδες, ἢὲ φυγοῦσαι
Τίκτουσιν· τῶν ὀ' οὐδὲν ἐπὶ σφυρὸν ὀρθὸν ἀνέστη.

v. 795. ἕδρας] „*Sedes*, h. e. templum; unde Cic. de N. D. III. 18. *Sin haec dea est, cur non Eumenides quaeso*

quaeſo deae ſunt? quarum et Athenis fanum eſt et apud nos etc. —" *Wakefield.*

κευθμῶνας] „*adyta*, *penetralia*, *templorum receſſus.* Cf. Eurip. Alc. 885. Muſaeus v. 119.:

ἔσχατα τιμήεντος ἀγὼν ἐπὶ κεύθεα νηῶ. —" *Wakefield.*

v. 816. καὶ τί ὄει λέγειν] „*et quorſum dicam?* quaſi dicat: *Nolim ſane vires meas gloriari et quantum valeam irata;* —" *Wakefield.*

v. 817. καὶ — θεῶν] „Hoc etiam Virgilius teſtatus eſt, quod nec Stanlejum fugit. Aen. I. 46. de Minerva:

Ipſa Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem
Diſjecitque rates, evertitque aequora ventis;

ubi Servius conſulendus eſt. Nec appoſitus non videtur Callimachus Jac. Pall. 131.:

Ὡς φαμένα κατένευσε· τὸ δ' ἐντελές, ᾧ κ' ἐπινεύσῃ
Παλλάς, ἐπεὶ μούνα Ζεὺς τό γε θυγατέρων
Δῶκεν Ἀθαναίᾳ πατρώϊα πάντα φέρεσθαι." *Wakefield.*

v. 820. γλώσσης ματαίας καρπὸς ſunt *linguae*, ira concitatae, *imprecationes*, *quibus efficitur ut omnia male procedant.*

v. 822. κοίμα — μένος] *Conſopias quaeſo atrae bilis in te efferveſcentis acerbam vim.*

v. 824 ſqq. πολλῆς — λόγου] *Erit profecto cum tu ſermonem meum laudabis, ſi magnae hujus regionis ſacrificia ex primitiis pro liberis, et in nuptiarum ſolemnibus tibi oblata fueris adepta.*

θύη] „Nihil aliud eſſe videtur ἀκροθίνια θύη, quam primitiae in ſacrificiis oblatae, ſeu ſacrificia ex primitiis, vel prima ſacrificia. Heſych. Θύη· θύματα, ἀρώματα, et Θύα — — λέγεται δὲ καὶ τὰ θυόμενα τῶν θεῶν. Sine dubio hunc ipſum locum reſpexit: licet enim hoc apud Hippocratem inveniatur et in operibus Galeni eodem modo; Heſychius tamen poëtas potius quam medicos reſpicere

ſolet. Ut igitur in Agam. v. 1420. τόδ' ἐπέβου θύος, ita et hic θύη." *Stanl.*

v. 837. ὀργὰς ξυνοίσω σοι.] Caſaubonus Abreſchio teſte legendum conſuerat, ὀργὰς μὲν οἴσω σοῦ, quod ſi in codice aliquo reperiretur, haud ſpreverim.

v. 838. καὶ τοί γε] Quod Caſaubono in mentem venit, κἄν εἴ γε non eſt ejusmodi, ut vulgatam lectionem loco movere debeat. Mollius Hermannus ad Vigerum de idiotiſmis legendum conjicit:

καίτοι τὰ μὲν σὺ κάρτ' ἐμοῦ σοφωτέρα.

v. 843 ſqq. καὶ σὺ τιμίαν — βροτῶν] „Ἔχουσα τεύξει pro ἕξεις, de qua periphraſi plura *Oliv. Thucyd.* p. 514. Structurae ordo eſt: καὶ σὺ τεύξει ἔχουσα ἕδραν πρὸς τοῖς τοῦ Ἐρεχθέως ὑμνοις τιμὴν παρ' ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἁπάντων, ὅσην — βροτῶν." *Abreſch.*

v. 848 ſq. μήθ' αἱματηρὰς — θυμώμασιν] Si lectio vera, Minerva hortatur Eumenides, ne in Attica inter privatos ſanguineas rixas, excitent. Tum autem ἀστοῖς θυμώμασι defendi nequit. Ebrietas deſignatur, rixarum praeſertim inter adoleſcentes foecundiſſima mater. Itaque παρθένοις legendum fuit, quam lectionem Scholiaſtes quoque interpretando ſecutus eſt. Optimum tamen fuerit cum Wakefieldo legere: μὴ βάλῃς μηθ' αἱματηρὰς θηγάνας σπλάγχνων, βλάβας νέων, ἀοίνοις ἐμμανεῖς θυώμασι (vel ἐμμανεῖσα θύμασι), *neque vero immittas viſcerum tuorum ſanguine tela, navalium*, h. e. ſegetum, *perniciem, ſacrificiis ſine vino ad furorem excitata.* Sic v. 107. χοάς τ' ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα.

v. 850. μήθ' ἑδέσουσ'] Vulgatam lectionem ἑξέλουσ' Wakefieldus ſic interpretari conatur: *neque ponas inter meos cives contentioſum Martem, quaſi exſecueris, ut in eorum corpora transferres cor gallorum, pugnaciſſimi animalis.* Quam durum tamen hoc ſit, ipſe ſenſit; et emendationem μηδὲ πτέρουσ' propoſuit, cum Schol. lectionem codi-

codicis fui explicaſſet ἀναπτερώσασα. Quod autem nos dedimus, ἐξόρουσ' ad veſtigia ſcripturae proxime accedit, et huic Scholiaſtae interpretamento ipſum optime reſpondet.

v. 851. ἰδρύσῃς Ἄρη] Hanc Stephani emendationem Wakefieldus quoque in textum recepit, dubitans tamen an Aeſchylus ſcripſerit ἰδρύσῃ χέρα, quo minime opus eſt.

v. 853. οὐ μῶλος παρών] Elegantiſſime ſic Wakefieldus emendavit. μῶλος enim de ſeditione ac tumultu inter cives coorto aptiſſime dicitur.

v. 873. σέβας] „Duplicem haec admittunt ſtructuram, ſenſu nil variante, vel hanc nempe, ἀλλὰ σὺ δ' οὖν μένοις μὲν ἄν, εἰ (τὸ) σέβας τῆς Πειθοῦς (τῆς) ἐμῆς γλώσσης ἐστί σοι μείλιγμα ἀγνὸν καὶ θελκτήριον, vel ſi trajectio ſit conjunctivae: ἀλλ' εἰ μὲν τὸ σέβας τῆς (ἐμῆς) Πειθοῦς ἐστί σοι ἀγνὸν καὶ τὸ μείλιγμα τῆς ἐμῆς γλώσσης θελκτήριον —" *Abreſch.*

Neutra vero nobis ratio placet. Πειθὼ enim eſt *Suada* dea, quod clare intelligitur ex v. 957 ſqq.:

στέργω δ' ὄμματα Πειθοῦς
ὅτι μοι γλῶσσαν καὶ στόμ' ἐπωπᾷ
πρὸς τάχδ' ἀγρίως ἀπανηναμένας.

Adeoque μείλιγμα καὶ θελκτήριον appoſitionis figura referuntur ad Πειθοῦς σέβας. *At ſi revereris Suadae majeſtatem, quae linguam meam demulcendi ac deliniendi vi imbuit.* Apte laudavit Wakefieldus fragm. ex Euripidis Antigone:

Οὐκ ἐστὶ Πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο πλὴν λόγοι
Καὶ βωμὸς αὐτῆς ἐστὶν ἀνθρώπου φύσις.

v. 876. ἐπιῤῥέποις] Tranſitive ἐπιῤῥέπειν (pro *infligere*) ut καταῤῥέπειν apud Soph. Antig. v. 1172.

v. 878. τῇδε γ' ἔμμοιρον χθονός] Blandiſſime ſic Hermannus correxit vulg. τῇδε γ' εὐμοίρου χθονός. Caſaubonus emendandum cenſuerat: τῇδε γ' ἐν μοίρᾳ χθονός, haud

haud male. Cantero placebat: τῆσδε γ' ἐμμοίρῳ χθονός, Heathio: τῆδε γ' εὐμοίρῳ χθονός, ut εὐμοίρῳ cum εἶναι copuletur.

v. 880. ἀπήμον'] „Ἀπήμων Hesych. exponit per ἀβλαβής, ἀπήμαντος ἀναμάρτητος, ita nempe continua serie legendum puto." *Abresch.*

v. 882. τίς δέ μοι τιμὴ μένει] ut in Sept. adv. Theb. v. 909. μένει κτέανα ἐπιγόνοις, et Virg. I. Aen. 257. *manent immota tuorum fata tibi.*

v. 883. εὐθενεῖν] „Vulg. εὐσθενεῖν. Adscripsit Scaliger vel εὐθενεῖν v. 304. intendens v. 906. Dubiae certe auctoritatis verbum est, et saepissime insidiantia sibi ac permutata invenies εὐθύνειν, εὐθενεῖν, εὐθηνεῖν." *Abresch.*

Hesych. Εὐθενεῖν, εὐπαθεῖν, quod h. l. sine dubio aptius est. Recepit quoque in textum Wakefieldus.

v. 885. συμφορὰς ὀρθώσομεν] *Curabimus enim, ut is, qui nos pie coluerit, prospera utatur fortuna.*

v. 888. μεθίσταμαι κότου] „ut λύπης, φόβου μεθίστασθαι. Eurip. Heracl. v. 796. νέος μεθίστημ' ἐκ γέροντος αὖθις αὖ. Et Aristoph. Vesp. v. 1442. ζηλῶ σὲ τῆς εὐτυλίας τὸν πρέσβυν οἱ μετέστη ἔρρῶν τρόπων καὶ βιοτῆς." *Abresch.*

v. 891. νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα] „pro ἀγαθῆς καὶ καλῆς. Ut Φρονεῖν μὴ κακῶς v. 848. et contra μὴ καλῶς pro κακῶς Prometh. v. 1011. ἐπίσκοπα pro τυγχάνοντα, vid. Hesych. et Not. quo sensu frequens. *Them.* Orat. VIII. p. 116. B. XI. 143. A. etc. Conf. *Spanh.* ad Julian. p. 114." *Abresch.*

Nempe νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα dicuntur omnia bona, quae ad justam victoriam in bello de hostibus reportandam valent *(alle zu gerechten Siegen zweckdienliche Güter)*, nimirum frugum copia, armentorum et equorum abundantia, *felicia* humanae sobolis incrementa, quae omnia deinceps enumerantur.

v. 892.

v. 892. καὶ ταῦτα γᾶθεν] Hic locus mirifice illuſtratur carmine ſupra a nobis emendato Choëph. v. 581 ſqq., ut enim ibi mala hominibus ex terra, e mari, e fulguribus coeli, et ventorum tempeſtatibus impendentia memorabantur, ſic h. l. Minerva petit, ut Eumenides ex omnibus hisce naturae partibus Athenienſibus bona pareret. ἐκ πόντίας ὀρόσου *ex marino rore*, nihil aliud eſt quam ex *mari*, poëtica circumlocutione. ἐξ οὐρανοῦ pertinet ad *fulgura*, ut Latini *de coelo tangi* pro *fulmine tangi*.

v. 893. κἀνέμων ἀήματα Εὐηλίως πνέοντ'] *venti claro ſole ſpirantes*, adeoque innoxii, tepidoque flatu terram recreantes. Apte comparavit Wakefieldus Virg. Georg. II. 330.

Parturit almus ager Zephyrique tepentibus auris
Laxant arva ſidus.

Idem tamen arbitratur poëtam ſcripſiſſe:

εὐηνίως πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα.

leni curſu venientes. Ingenioſa profecto conjectura, non tamen neceſſaria. Vulgata enim cum per ſe ſenſum praebet minime ineptum, tum propterea τῷ εὐηνίως praeferendum videtur, quod, etſi alias ventis currus tribuuntur, h. l. tamen cum πνέοντα et ἐπιστείχειν male coit εὐηνίως.

v. 894. πνέοντ' ἐπιστείχειν] „i. q. alias uno verbo ἐπιπνέειν, in quo praepoſitio locum τοῦ ἐπιστείχειν ſupplere poteſt. Sic Ariſtid. l. 1. p. 291. Ζέφυροι ἐρήμην ἐπιπνέουσι." *Abreſch.*

v. 895 ſqq. Καρπὸν — σωτηρίαν] Poſcit Minerva ut Eumenides, quicquid arborum, pecudum, hominum ſatu proveniat, h. e. cujuscunque generis foetus incolumes praeſtent.

ἐπίῤῥυτον, *copioſe affluentem*. Bene comparavit Wakefieldus Horatianum illud, Od. I, 17, 15.:

hic tibi copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.

v. 898.

v. 898 — 900. *τῶν δυσσεβούντων — ἀπένθητον γένος*] Magnopere vereor ne transpoſiti ſint a librariis verſiculi. Certe ſi ſic eos collocaveris:

Στέργω γὰρ ἀνδρὸς Φιτυποιμένος δίκην
Τὸ τῶν δικαίων τῶνδ' ἀπένθητον γένος.
Τῶν δυσσεβούντων δ' ἐκφορωτέρα πέλοις.
Τοιαῦτα σοῦ ἐστι. — —

multo aptius inter ſe, et cum antecedentibus, conſequentibusque cohaerebunt. Minerva enim, quae bona civibus ſuis ab Eumenidibus praeſtari vellet, enumeraverat. Jam igitur cauſam, cur iſta civibus ſuis expetat, addit: *Ut enim hortulanus aliquis plantas ſuas diligenter colit et fovet, ſic ego magno amore complector cives hosce, qui quidem juſti fuerint, atque ab omni luctu liberos eſſe cupio. Impios vero, ſi qui fuerint, quo minus exſtirpes nihil impedio.*

In ἐκφορωτέρα Abreſchius imaginem ab *elatione funeris* ductam eſſe exiſtimat. Aptius tamen eſt, ſic interpretari, ut Aeſchylus reſpexerit ad *noxias et inutiles herbas, quae ex horto egeruntur, et exſtirpantur.* Hoc enim interdum dicitur ἐκφορεῖν. Wakefieldus ἐκφορωτέρα reddit *infructuoſior*, q. d. illis facias potius *vacuam* domum quam *plenam.* Enimvero ſi hoc voluiſſet Aeſchylus, τοῖς δυσσεβοῦσι ſcribendum erat. Heathii vero ratio textum pariter ac ſententiam corrumpit:

τῶν δ' εὐσεβούντων ἐκφορωτέρα τέλοις.

Piorum vero femina ut partum maturum ſortiantur magis efficias; in quo nihil aliud lucramur quam inanem ſententiae v. 897. jam aliis verbis luculentius expreſſae repetitionem.

v. 899. ἀνδρὸς Φιτυποιμένος δίκην] Optime hortulanus dicitur Φιτυποιμὴν q. *plantarum paſtor*, *ein Hüter und Pfleger der Pflanzen.* Heathius quidem Turnebianam lectionem Φιτυποιμὴν veram eſſe vidit, ſed parum recte intellexit. Accepit enim de *homine*, *cui cura prolem pecudum tenel-*

tenellam educendi commissa sit. Atqui si hoc significare voluisset Aeschylus, ποιμένος, non φιτυποιμένος scripsisset.

v. 901. Τοιαῦτα σοῦ 'στι. Τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ] Neminem vidi interpretum, qui quomodo ista cum superioribus cohaereant, satis declararet. Abreschius tamen sensisse videtur. Nempe haec referuntur ad initium orationis v. 891.:

ὁποῖα νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα.

Hactenus enim Minerva recensuerat emolumenta, quae *domi*, et *pacis tempore* civitati suae ab Eumenidibus tribui vellet, quae ad bella, justa quidem illa, feliciter gerenda victoriamque de hostibus obtinendam utilia sint. Has dicit Eumenidum partes esse. Τοιαῦτα σοῦ 'στι. Jam vero quod ad *bella* ipsa attineat, horum recte et feliciter gerendorum curam sibi vindicat. *Ego vero, quod ad inclyta bellica certamina attinet, nunquam committam, ut hanc urbem inter mortales victoriae honore privari patiar.*

v. 901. ἀρειφάτων i. q. ἀρείων, ut apud Eurip. Suppl. v. 124. ἀρείφατοι φόνοι. Hesychius: Ἀρείφατον λῆμα· ἰσχυρόν· ἀντὶ τοῦ· Ἄρει ἐοικώς. Αἰσχύλος Νεανίσκοις. — Nihil igitur egemus Wakefieldi correctione: ἀριφραδῶν.

v. 904 sqq. Δέξομαι — ἁλίου σέλας.] *accipiamus igitur Pallados contubernium* (sedem in urbe Athenarum mihi oblatam) *nec ignominia afficiamus urbem, quam et praepotens Jupiter et Mars tanquam praesidium deorum colit, ac tanquam ornamentum ac decus Graecorum numinum, altaribus eorum tuendis idoneum. Huic adeo et nos ipsae precamur, benevole simul vaticinatae* (preces nostras ratas fore), *ut jucundum solis jubar omnium rerum vitae alendae utilium affluentem copiam e terra educat.*

v. 908 sq. ἐυσέβωμον — δαιμόνων] Stanl. vertit: *liberans per altaria Graecos delectamentum deorum;* qua ex versione nemo vel pistillo sensum extundat. Imo vero Athenae dicuntur *deorum praesidium et decus, quoniam altaria eorum reficiant, ac templa sarta tecta tueantur.*

v. 910 sqq. ἔτ' ἐγὼ] Wakefieldus h. l. ita refingit:

ἃς ἐγὼ κατεύχομαι
θεσπίσασα πρεμνεῶς
ἐπισσύτους βίου τόκους ὀνησίμους,
γυίας τ' ἐξαμβρύσαι
φαιδρὸν ἁλίου σέλας.

Sed omnibus hisce correctionibus facile caremus.'

v. 917. καταναssαμένη] *perfuasis ut hic fedem capiant magnis illis deabus et aegre placabilibus.*

v. 920. ὁ δὲ μὴ] Vulgatam quidem lectionem ὁ δὲ μὴ κύρσας βαρέων τούτων sic exponere tentat Abreschius: *Has qui non expertus fuerit graves acerbas et infestas, etsi priorum delicta morti eum succumbere cogant, tamen calamitatum malorumque, quae manent impios, expers agit.* At non cogitavit vir doctus hanc sententiam iis, quae proxime sequuntur, prorsus repugnare. Itaque si βαρέων servandum putas, legendum est: ὁ δὲ μὴν κύρσας. *Quisquis vero has deas nactus est graves et iratas, ipse nescit unde ipsi accidant vitae calamitates. Alia enim crimina ex aliis prioribus nata eum in has detrudunt, ac tacita pernicies, etiamsi vehementer vociferantem inimico irarum impetu perdit.* Nobis vero nunc aptissimum visum est ὁ δὲ μὴ κύρσας πρόσω τούτων reponere. *Quicunque vero has Eumenides non fuerit expertus mites et mansuetas, sed potius iratas*, etc. Omnino ad illustrandum h. l. comparandi sunt versus 540 — 555.

v. 926 sqq. Δενδροπήμων — δόσιν τίοι] „Referuntur haec ad ea, quae Minerva v. 936 sqq. postulaverat. Τὰν ἐμὰν χάριν λέγω respicit, quae eadem dea v. 925. dixerat, τάδ' ἐγὼ προφρόνως τοῖσδε πολίταις πράσσω. Active ὀμματοστερής, ut ἀργυροστερής active et passive intelligi poterit, prout aliter atque aliter verba acceperis Choëph. v. 999. *). Patiendi sensu prius extat in Eurip. Phoeniss. v. 330. — Τὸ μὴ περᾶν, pro τοῦ sive ὥστε et πρὸς τὸ μὴ περᾶν

*) Imo vero ibi quoque non aliter nisi active interpretandum est.

περᾶν aut ἵνα μὴ περᾷ. Conſtructio, ni fallor, eſt δενδροπήμων δὲ μὴ πνέοι βλάβα (τὰν ἐμὰν χάριν λέγω) φλογμός τε ὁμματοστερὴς φυτῶν τὸ μὴ περᾶν ὅρον τόπων, *ſi ſpirat ne tranſeat terminum locorum.* Διπλοῖσι correxerat Scaliger ut Stanlejus. Εὐθενοῦντ' hic rurſus volebat Caſaubonus, quem et τῷ γόνος ſchedae volunt adſcripſiſſe al. τέκος. Sed credo pertinet hoc monitum ad τρέφοι, dederatque ὁ πάνυ, τέκοι, ut legit Auratus. Vid. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Apoll. v. 54. Πλουτόχθων reſpondet illi καρπὸς γαίας v. 895. et μῆλα εὐθενοῦντα διπλοῖς ἐμβρύοις verbis v. 895. 896. καρπὸν βοτῶν ἐπιῤῥύτον εὐθενοῦντα μὴ κάμνειν. Vid. Heſych. voce πλοῦτος et hic Schol." *Abreſch.*

v. 926. δενδροπήμων] „*nocens arboribus* eas ἀφύλλους reddens et ἀκάρπους. Vide v. 776. 891 ſq." *Wakefield.*

πνέοι] „nam arboribus fovendis *aurae* plurimum inſerviunt, ita ſupra v. 893. et fructibus foliisque potiſſimum inimicus venit rubiginoſus aër. Hinc Horatius carm. ſec. 32.:

Nutriant foetus et aquae ſalubres
Et Jovis aurae;

et Valerius Flaccus VI. 340.:

Edonis nutritum miſſile ventis;

idem poëta ibid. v. 712.:

Qualem ſi quis aquis et fertilis ubere terrae
Educat ac ventis oleam felicibus implet.

Cf. etiam Iliad. A. 256." *Wakefield.*

v. 927. τὰν ἐμὰν χάριν λέγω nihil aliud eſt quam, *pergo enim beneficia mea enarrare;* et quod Abreſchius putat hic reſpici verba Minervae v. 915. in eo fallitur vir doctus. Ineptum enim eſſet Furias quaſi repugnare velle

Minervae, quae ſuo beneficio Eumenides populo conciliatas eſſe pronuntiaverat.

v. 928. φλογμὸς] „*de ſolis ardoribus.* Huc referas Horatii Od. III. 1, 36.:

arbore nunc aquas
Culpante, *nunc* torrentia *agros*
Sidera nunc hiemes iniquas;

et ibid. 23, 5.:

Nec peſtilentem ſentiet Africum
Fecunda vitis nec ſterilem ſeges
Rubiginem." *Wakefield.*

v. 929. τὸ μὴ περᾶν ὄρον τόκων] Ita emendavi ὄρον τόπων, quod ſenſum commodum haud admittit. Dicuntur autem μὴ περᾶν ὄρον τόκων, plantae, quae in ipſo germine perimuntur, nec tanquam ex utero matris exire poſſunt.

v. 930 ſq. αἰανὸς — νόσος] „*niger morbus.* Lucianus I. 243.:

Et ſcabros nigrae morſu rubiginis enſes;

ut Claudian. Stil. II. 194." *Wakefield.*

v. 934. γόνος πλουτόχθων] Wakefieldus emendare audet:

γόνος
Πλουτόχθων, ἑρμαία
Δαιμόνων δόσις, τίοι.

Sed vulgata recte ſe habet. *Uberes terrae proventus lucroſa deorum dona pendant*, h. e. fructus edant, quos homines tanquam dona et lucra deorum beneficio inventa percipiant.

v. 937. πόλεως φρούριον] *Vos urbis cuſtodes et praeſides.* Areopagum alloquitur.

v. 940.

v. 940. περί τ' ἀνθρώπων] Haec ſana eſſe vix crediderim. Jam Caſaubonus παρὰ pro περὶ ſubſtituendum exiſtimaverat. Tum vero ἀνθρώποις etiam eſſet ſcribendum. Optimum videtur locum ſic conſtitui:

τὰ παρ' ἀνθρώποις
Φανερῶς τελέως διαπράσσουσα
Τοῖς μὲν ἀοιδάς, τοῖς δ' αὖ δακρύων
Βίον ἀμβλωπὸν παρέχουσα.

Similiter v. 918. dictum:

Πάντα γὰρ αὖται τὰ κατ' ἀνθρώπους
Ἔλαχον διέπειν.

v. 941. Φανερῶς] Quid ſibi voluerit Caſaubonus Abreſchio teſte φανερῶν emendans, equidem haud aſſequor. Furiae dicuntur hominum cauſas et fortunas manifeſto et efficaciter tractare; manifeſto quidem, ut quivis earum vim ſentiat; efficaciter, ut nemo earum conſilia et poteſtatem inhibere poſſit.

v. 942. ἀοιδάς] h. e. vitam laetitiae plenam.

δακρύων] Sine cauſa idonea Caſaubonus δακρύοις corrigendum cenſuit. Βίος δακρύων eſt vita lacrymarum plena, lacrymabilis, aerumnoſa.

v. 943. ἀμβλωπὸν] metaphora a lacrymis oculorum aciem hebetantibus petita; quod apte Wakefieldus illuſtrat loco Senecae tragici Herc. fur. 1043.

Quid hoc eſt? errat acies luminum,
Viſusque moeror hebetat.

v. 944 ſq. ἀνδροκμῆτας — τύχας] *Juvenum praematuras mortes et acerba funera abominor.*

v. 946 ſq. νεανίδων — ἔχοντας] *amabilibus vero puellis vitam concedite felici conjugio et ſorte iis conveniente beatam.* Βιοτὸς ἀνδροτυχὴς dicitur virginis conditio, quae

juſto tempore et fauſto eventu ſponſo elocatur. Βιοτὸς κύρια ἔχων eſt vita neceſſariis ad uſum rebus affluens.

v. 948. καὶ Μοῖραι] Ita cum Hermanno nunc edidi, pro vulg. τῶν Μοῖραι. Nimirum Eumenides ſorores ſuas Parcas alloquuntur.

v. 949. ματροκασιγνῆται] „Nox enim et *Eumenidum* et *Parcarum* mater. Heſiodus de *Nocte* Theog. 217.:

καὶ Μοίρας καὶ Κῆρας ἐγείνατο νηλεοποίνους.

Cum quo verſu compares ſupra v. 317." *Wakefield.*

ματροκασιγνῆται male redditum a latino interprete: *materterae;* vertendum erat: *ſorores uterinae.*

v. 950 ſqq. Δαίμονες — θεῶν] Haec ſententia mirum in modum obſcuratur interpunctione vulgari, qua poſt ἐπιβριθεῖς commate diſtinguitur, quod autem ſequitur ἐνοίκοις ὁμιλίαις cum ultimo verſiculo conjungitur. Imo comma poſt ἐπιβριθεῖς tollendum ac poſt ἐνοίκοις ὁμιλίαις plenius diſtinguendum eſt. Qua ratione ſervata ſenſus oritur aptiſſimus: *O deae juſtitiam et legum rigorem ſancte obſervantes omnem domum ex aequo inviſentes*, (ſcil. ab omni partium ſtudio prorſus alienae) *omnique tempore juſto acceſſu irruentes, omnino autem* honoratiſſimae *dearum.* Cf. ſupra v. 307 ſqq.

v. 954. πάντα] Dorice pro πάντη. Sed recte jota ſubſcriptum ſub ultimo A, quod neſcio quomodo per editiones quasdam propagatum eſt, abjiciendum eſſe monuit Abreſchius.

v. 955. τάδε τοι χώρᾳ — γάνυμαι] *Inſigniter ego laetor hisce Deabus haec omnia beneficia huic terrae meae lubenter praeſtituris.*

v. 957. στέργω δ' ὄμματα Πειθοῦς] *exoſculor autem Suadae oculos, vehementer amo Suadam deam.*

v. 958.

v. 958. ὅτι μοι γλῶσσαν καὶ στόμ' ἐπώπα] Ita jam olim correxi. vulg. ἐπωπᾷ; eſt enim hic praeterito tempore opus; *quod linguae meae et ori invigilavit*, h. e. quod curavit, ut verbis meis ineſſet perſuadendi vis, quae *hasce deas initio aſpere abnegantes id quod peterem, commoveret et flecteret.* Hoc modo ſi interpreteris ἐπώπα, non eſt quod cum Wakefieldo corrigendum cenſeas ἐνώμα.

v. 960. Ζεὺς ἀγοραῖος] „Epithetum compluribus diis commune, tum praecipue iis, qui rebus forenſibus et facundiae praeſunt, quo ſenſu de Jove intelligendum hoc loco. Accedit, quod a Plutarcho de genio Socratis narratum, nempe Socratis patrem Oraculo monitum fuiſſe, ut ſacra faceret ὑπὲρ αὐτοῦ (nempe pro filio recens nato) Διὶ ἀγοραίῳ καὶ Μούσαις." *Stanl.*

v. 961. νικᾷ] Wakefieldus reſcripſit νίκα, hoc modo interpretatus: *certamen erit nobis, utra pars in bonis populo Athenienſi conferendis alteram ſit ſuperatura.* Ad ſententiam ingenioſe et apte; ad conſtructionem verborum duriuſcule. Sed verum νικᾷ, idque vel cum Heathio interpretandum: *altercatio noſtra ſemper bonos quidem vincit*, in quo tamen inſolentior conſtructio verbi νικᾷν cum genitivo offendit; etſi facile eſt ἀγαθούς reponere; vel *bonorum lites, quas meas facio, ſemper vincunt.*

v. 964 ſq. στάσιν — βρέμειν] „*fremere discordiam civilem.* Sic Virgil. Aen. I. 295.:

Furor impius intus
Sacra ſedens ſuper arma et centum vinctus aënis
Poſt tergum nodis fremet horridus ore cruento.

Accedat Lucan. IX. 217.

fremit interea discordia vulgi." *Wakefield.*

v. 965. τᾷδ' ἐπεύχομαι βρέμειν] Wakefieldus quia putabat metrum hujus verſiculi ſtrophico non ſatis reſpondere, legendum opinatur:

τι τᾷδ' ἐπεύχομαι βρέμειν.

At miſere friget illud τι, neque vero metri cauſa eſt quod laboremus. In verſu enim antithetico

Νεανίδων τ' ἐπηράτων

priores duae ſyllabae νεα in unam coaleſcunt, verſusque eſt trochaicus hephthemimeres, id quod jam Pauwius monuit.

v. 966 ſqq. μηδὲ πιοῦσα κόνις — ἁρπαλίσαι πόλεως] Recte poſt Pauwium Wakefieldus h. l. ſic expoſuit: *Neque pulvis ſanguine civium hauſto accipiat ultiones per furorem mutuum factas, caedes ſcilicet propter caedes.*

v. 970 ſqq. χάρματα δ' ἀντιδίδοιεν — Φρενί] *Gaudia potius et beneficia ſibi mutuo tribuant* (ſcil. οἱ πολῖται) *communi reip. amore et ſtudio ducti, et odium quoque* (adverſus communes reip. hoſtes) *unanimiter exerceant.* κοινοφελεῖ διανοίᾳ autem Hermanno reſcripſi pro vulg. κοινωφελεῖ διανοίᾳ, quod metro repugnat. στυγεῖν pro στύγος dictum; et poſt μιᾷ Φρενὶ repetendum eſt ἀντιδιδοῖεν.

v. 972. πολλῶν — ἄκος] *Hoc enim multorum malorum inter mortales fuerit remedium.*

v. 974. ἆρα φρονοῦσα] Sic Hermannus bene. Nam φρονοῦσι ſenſum ſatis aptum haud praebet. Forſan tamen melius ſit ἆρ' εὖ φρονοῦσα.

v. 982. ἐν ἀζημίαις πλούτου] *Valete jam, valete, opibus absque detrimento affluentes.* ἀζημίαι πλούτου pro πλοῦτος ἀζήμιος *opes indelibatae, integrae, non acciſae.* Wakefieldus lectionem χαίρετ' ἐν αἰσιμίαις πλούτου in textum recepit, ita ut ſemel tantum χαίρετε ſcriberet.

Ver-

Verſum antiſtrophicum nempe ſic refingit, ut omiſſo ἐπιδιπλοίζω legatur χαίρετε χαίρετε ὀ' εἰς αὖθις.

v. 983. ἀστυκὸς] „Erotianus lex. Hippocr. v. Ἴκταρ legit Ἀττικός. Ἴκταρ inquit ἐγγὺς παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. ὡς καὶ Αἰσχύλος ἐν Εὐμενίσι φησί·

χαίρετ' Ἀττικὸς λεώς,
Ἴκταρ ἥμενοι Διός." *Stanl.*

Praeferenda tamen eſt lectio ἀστυκός; Sic et paullo poſt v. 1003 ſq.: βροτοὶ Παλλάδος πόλιν νέμοντες.

v. 984. Ἴκταρ — Διὸς] Nempe Jupiter quoque ob templa ipſi ſacrata, quae inter celeberrimum illud Jovis Olympii templum eminebat, Athenis ſedem cepiſſe ferebatur.

v. 985. παρθένου] Minervae, quae κατ' ἐξοχὴν vocatur παρθένος; cui *Parthenonis* nomine templum Athenis nobiliſſimum dicatum fuiſſe conſtat.

v. 987. Παλλάδος ὀ' ὑπὸ πτεροῖς] Nihil aliud ſignificat, quam *ſub tutela Palladis*. Alae nimirum h. l. metaphorice, non mythice, interpretandae. Idem adverſus Winkelmannum Jo. Henr. Voſſius monuit *).

v. 990. θαλάμους ἀποδείξουσαν] *anteire me oportet, templum veſtrum vobis aſſignaturam.* θάλαμοι omnino de *ſede*, *domicilio*, *cubiculo*. *Ferrei Eumenidum thalami* dicuntur Virgilio Aen. VI.

v. 991. πρὸς φῶς ἱερὸν τῶνδε προπόμπων] Jam nimirum Eumenides pompa ſollemni deducuntur ad fanum iis deſtinatum. Praeit Pallas viam quaſi monſtratura; ſequuntur viri, Areopagitae praecipue, qui judices ſederant, v. 986. cum victimis, v. 992. hos excipit Eume-

*) in libro bonae frugis pleniſſimo, *Mythologiſche Briefe*, T. II. p. 32.

nidum Chorus; easque comitatur triplex agmen puellarum, mulierum, et viduarum, f. omnino vetularum, cum facibus, v. 1013.

v. 992. σφαγίων] Hoc quoque loco uti poterat Spanhemius ad Callimach. Hymn. in Pallad. v. 117., ubi docet furiarum sacrificia non semper ἄπυρα fuisse. Hic enim diserte σφάγια *victimae* nominantur, eademque σεμνὰ dicuntur, haud dubie ob nigrum colorem. Nigram certe ovem Orestes Eumenidibus mactasse fertur Schol. ad Sophocl. Oedip. Col. v. 42.

v. 993. κατὰ γῆς σύμεναι] In fano Eumenidibus dicato erat cella subterranea, ubi nocturna iis sacrificia fiebant. In hanc igitur cellam deducuntur, indeque finguntur ad Tartarum descendere.

ἀτηρὸν χώρας κατέχειν, *ad mala quaevis ab hac regione arcenda et propulsanda.*

v. 996 sq. ὑμεῖς — μετοίκοις] *Vos vero cives, Cranai posteri, anteite et viam monstrate novis vestris inquilinis,* Eumenidibus.

v. 998 sq. εἴη — πολίταις] *Bonorum vero bona recordatio civibus maneat;* h. e. *beneficia, quae hisce deabus accepta fertis, grata semper memoria recolite.*

v. 1000. ἐπιδιπλοίζω] Pierſonus ad Moer. Att. p. 167. hanc lectionem ex nota ſcholiaſtae ἐπιδιπλοίζει ortam eſſe putabat, qua verbum repeti ſignificaſſet. Ejus decreto obſecutus Wakefieldus, vocabulum e textu ejecit. Nollem factum. Ἐπιδιπλοίζω enim aptiſſimum h. l. eſt. *Valete, iterum valete, repetimus enim.*

v. 1007. Λίνῳ δὲ] *Accipio vero et comprobo bona omina hisce vestris votis concepta.*

v. 1010.

v. 1010. ξὺν προσπόλοισιν] Sacerdotes templique miniſtros ſuos, Palladium rite colentes, cum facibus Eumenidum chorum comitari jubet Minerva.

v. 1011. ὄμμα] *Flos populi;* ſut ὀφθαλμὸς Choëph. v. 926. de *principe familiae.*

v. 1012. Θησῇδος] Hanc formam cum Wakefieldo pro vulg. Θησηίδος metri cauſa recepimus. Valckenario ad Eurip. Phoen. p. 95. placebat Θησεῖδος.

v. 1014 ſq. Φοινικοβάπτοις ἐνδυτοὶ δ' ἐσθήμασι τιμᾶτε] *Vos igitur omnes purpureis ſtolis indutae honorate comitatu veſtro Eumenides.*

v. 1016 ſq. ὅπως — πρέπῃ] *ut haec dearum ſocietas in civitatem veſtram recepta benevolentiam ſuam in poſterum fauſto et proſpero rerum veſtrarum eventu demonſtret.*

v. 1018. δόμον] Ita metri cauſa emendavit Hermannus; apte quoque ad ſenſum. Vulg. ἐκ δόμων.

v. 1019. ἄπαιδες nolim cum Wakefieldo reddere *vetulae*, *ſed liberis carentes* ob perpetuam virginitatem. Cf. v. 69.

v. 1022. γᾶς ὑπὸ κεύθεσιν ὠγυγίοισι] „Templum enim Eumenidum Areopago erat proximum. Pauſanias in Attic.: Πλησίον ἱερὸν θεῶν ἐστιν ἃς καλοῦσιν Ἀθηναῖοι Σεμνάς. Schol. Thucyd. lib. I.: τῶν σεμνῶν θεῶν, τῶν Ἐρινύων, κατ' ἀντίφρασιν· ἃς μετὰ τὸν Ὀρέστην οἱ Ἀθηναῖοι πλησίον τοῦ Ἀρείου πάγου ἱδρύσαντο. Ulpian. in Comment. ad Orat. Demoſth. in Midiam.: ὧν (Eumenidum) καὶ τὸ ἱερὸν πλησίον ἵδρυτο τῆς βουλῆς. Diſerte Euripides Electr. 1271.:

Πάγον παρ' αὐτὸν χάσμα δύσονται χθονὸς
Σεμνὸν βροτοῖσιν εὐσεβὲς χρηστήριον." *Stanl.*

v. 1029. ὀλολύξατε — μόλπαις] *cantibus noſtris occinite, acclamate.*

v. 1030. σπουδαὶ — εἴκων] *Pollicemur vero fano veſtro nunquam defuturas eſſe libationes noctu facibus collucentibus oblatas.*

v. 1031. 1032. Παλλάδος — συγκατέβα] Vulgata lectio οὕτω Μοῖρα ſic vertebatur: *Palladis cives Jupiter inſpectat; ita et fatum una convenit.* Optime autem Hermannus οὐρία Μοῖρά τε συγκατέβα: ad Pallados cives *Jupiter omnia cernens, et Parca fauſta bonaeque fortunae datrix deſcendit.*

IN

IN

AESCHYLI SUPPLICES.

IN

AESCHYLI SUPPLICES.

ARGUMENTUM TRAGOEDIAE.

Ius filius Epaphus Aegypti Rex ex Memphide Libyen ſuſceperat. Libyes et Neptuni filii fuere Agenor et Belus. Belus Aegypti regnum adeptus uxorem duxit Anchinoën Nili filiam. Hujus filii fuere Aegyptus et Danaus. Aegypto ex pluribus uxoribus quinquaginta filii, Danao totidem filiae naſcuntur. Aegypti filii Danai filias in matrimonium depoſcunt, a quo tanquam impio et illicito ob ſanguinis propinquitatem Danaides abhorrent, atque ut ſibi a vi patruelium caveant, patre Danao duce, nave parata clam Argos profugiunt.

Scena igitur prima Chorum Danaidum cum patre Danao fugae auctore et moderatore oſtendit, ſupplicum ritu, ramos laneis vittis involutos manibus gerentes. Hae Argivorum, quorum terrae feliciter appulerant, indigetes deos, maxime autem Jovem generis ſui auctorem implorant, ut ſibi Argivorum animos concilient, ſeque a vi patruelium, ſi forte claſſe ſe perſequantur, deditionemque poſcant, tueantur. Quibus precibus abſolutis v. 179 ſqq. colloquium ſequitur patris Danai cum filiabus, quo partim eas conſolatur, partim, quid fieri ab iis velit,

lit, ut benevolentiam Argivorum eorumque regis facilius sibi parent, exponit. Suadet igitur ut supplices ad aram ἀγωνίων θεῶν confidant, et si quis ab iis forte, cujates sint, et quam ob causam venerint, scisciturus sit, modestiam, quae puellas et supplices decet, sermone et vultu prae se ferant.

Scena tertia v. 237 sqq. rex Argivorum Pelasgus supervenit, miratus, unde peregrinarum virginum cohors huc appulerit, ac postquam iis se in regio sastigio constitutum, regnique ditionem exposuit, hospites patriam et genus declarare jubet. Quae antiqua origine se Argivas esse profitae, regi dubitanti scrupulos eximunt, qua ratione ab Io genus deducatur, ostendendo. Roganti deinde Pelasgo, quam ob causam patria relicta huc appulerint, se Aegypti filiorum servitutem ac matrimonium fugisse confitentur, et ne his a rege et populo Argivorum dedantur, postulant. Rex, quid faciat ambigere se professus, ac ne forte bellum civibus suis, ubi Danaides receperit, ab Aegypti filiis oriatur metuens, tandem earum oratione vincitur, qua, nisi se in clientelam receperint Argivi, vitam se laqueo ad ipsam deorum aram finituras, significant. Hoc piaculo rex exterritus, causam se ad populum delaturum pollicetur. Danaum vero monet, ut supplices ramos in ceteris quoque deorum aris per urbem dispositis ponat, ejusque precibus motus sitellites aliquos concedit, qui eum per urbis vias comitentur. Puellas vero in proximum lucum concedere jubet; his vero trepidantibus aramque, ubi confederant, relinquere verentibus concedit, ut maneant, suadetque ut deorum pacem precibus exposcant.

Sequitur Chori canticum, quo Jovem, tanquam gentis suae parentem, Ius fata commemorando, ad opem sibi adversus Aegypti filios ferendam commovere studet, v. 527 sqq.

Scena V. v. 603 sqq. redit ad filias Danaus, laetusque nuntiat, eas plebiscito Argivorum in clientelam civitatis

vitatis receptas, adeoque ab omni ſeu civium ſeu exterorum vi et injuria tutas et liberas eſſe.

Inde Chorus, patre praeſente, effunditur in laudes Argivorum et pia vota pro eorum ſalute concepta; v. 628 ſqq.

Danaus pietate filiarum collaudata, ſe navem proſpectare nuntiat, nec dubitare ab Aegypti filiis miſſam; eamque jam in eo eſſe ut ad littus appellat, ſequentibus etiam aliis navigiis. Jubet autem eas metu abstinere, ſe jam iturum, advocatosque et propugnatores arceſſiturum. Inde ſequuntur filiarum et patris alterni ſermones, quibus illae timorem et anxietatem ſignificant, hic vero eas rebus ſuis confidere et bene ſperare jubet. v. 713 ſqq.

Poſt abitum patris Chorus iterum v. 779 ſqq. carmine periculum ſuum deplorat, ſeque citius mortem quam patruelium conjugium oppetiturum declarat.

Sequente ſcena VII. v. 838 ſqq. praeco ab Aegypti filiis miſſus ferociter Danaides compellat, easque confeſtim ſequi ſe jubet; ni faciant, vi ſe eas protracturum minatur. His renitentibus ac vociferantibus auxilio venit (Sc. VIII. v. 912.) rex Argivorum, qui praeconem jam manus inferre puellis conatum absterret, easque in ſuam populique Argivi tutelam receptas eſſe denuntiat. Et ille quidem bellum regi ab Aegypti filiis minatus diſcedit; rex autem Danaides omni metu liberat, hoſpitia jam parata ſignificans, ut ubi habitare velint, iis liberum ſit arbitrium. Idem extrema ſcena v. 981. ſuperveniens pater Danaus confirmat, filiasque ut verecundiam, caſtitatem omninoque morum probitatem ſervent exhortatur. Ita ſe facturas pollicitae, inter cantica, quibus ne bellica vi patruelibus ipſas in captivitatem redigere contingat, precantur, in domicilia ſibi aſſignata diſcedunt.

IN

IN SCENAM I.

v. 1 — 190.

v. 1. Ζεὺς μὲν ἀφίκτωρ] „Hesychius: Ἀφίκτορα, τὸν ἱκέσιον Δία, scil. cum Ἀφίκτωρ de *deo* dicitur *supplicum praesidem* innuit, cum de homine *supplicem* ipsum, ut v. 256.: κλάδοι γε μὲν δὴ κατὰ νόμους ἀφικτόρων." *Stanl.*

v. 2. στόλον ἡμέτερον ναΐων] *coetum nostrum navalem*, i. e. nave huc profectum. „In Scholiis Apollonii Rhodii legitur hanc navem, qua istae Danaides vectae, primam omnium extitisse a Danao aedificatam, et Danaida dictam, ad lib. I. v. 4.: ἄλλοι δὲ λέγουσι Δαναὸν διωκόμενον ὑπὸ Αἰγύπτου πρῶτον κατασκευάσαι, ὅθεν καὶ Δαναΐς ἐκλήθη." — *Spanhem.*

v. 3. ἀρθέντ'] i. e. qui oram solvit, profectus est itinere maritimo. At αἴρειν στόλον *recipere exercitum* Pers. 792.

ἀπὸ πρωστομίων] Abreschius mavult ἀποπρὸ στομίων. πρωστομίων pro simplici στομίων more Attico, quem notat Schol. Aristoph. ad Vesp. p. 511.: ἔμβραχυ Ἀττικὴ συνήθεια, οὐδὲν πλέον δηλοῦσα, ἢ τὸ βραχύ, ὡς ἐμφαγεῖν, καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ ἐνδυστυχῆσαι ἀντὶ τοῦ δυστυχῆσαι. Sic ap. Sophoclem ἀνέχει pro ἔχει. Ajac. v. 212. *Spanhem.*

v. 4. λεπταμάθων] Hanc lectionem etiam Spanhemius invenit in duobus codd. Regg. Et ostia Nili *tenuem arenam vehentia* bene dici poterant. Alteram lectionem λεπτοβαθῶν interpretantur *haud profundorum.* Ostia enim Nili bene dicuntur λεπτοβαθῆ. Cum enim circa regionem Delta dictam in septem ostia discretus mari conjungatur, necesse est ibi ejus profunditatem imminui.

v. 6. σύγχορτα Συρίᾳ] „Σύγχορτος *vicinus* ex vet. lex., sed sine exemplo inquit H. Stephanus in Thesauro. Ecce autem exemplum σύγχορτον Συρίᾳ, Syriae vicinam, sive ut nos vertimus *conterminam.* Clare Hesychius in Αὐλῆς — — καὶ γὰρ τὰ ὅμορα σύγχορτα λέγουσι. Χόρτος enim inter

inter reliqua significata *terminum* denotat, ut veteres grammatici tradunt. Etymolog. Χόρτος αὐλῆς, ὁ τῆς αὐλῆς ὅρος. Euripides Andromacha v. 17.:

Σύγχορτα ναίω πεδία.

quibus ex verbis corruptissimum et mancum Hesychii locum in χόρτος emendandum vidit Florens Christianus. Scholiastes Euripidis ad ea verba ὅμορα ἐν χόρτοις διέγραφον τὰς πόλεις οἱ ἄρχοντες." *Stanl.*

v. 7 sq. οὐτιν' ἐφ' αἵματα δημηλασίᾳ ψ. π. γνωσθεῖσαι] *exules quidem ac domo profugae, non autem exilio ob caedem perpetratam populi suffragio multatur.* Infra v. 211. Danaus filiarum fugam ἀναιμάκτους φυγὰς appellat.

δημηλασίᾳ] „Perbene Schol. hoc potuit explicare per δημοσίαν, fiunt enim istiusmodi adjectiva a verborum futuris, ut ῥύσιος v. 156. a ῥύσω, ἐλάσιας ab ἐλάσω, unde δημηλασία ψῆφος non est sollicitandum, ut nec τιμήσιος in Ael. de anim. XI. 7. et ὑμνήσιος ibid. XII. 5. Sic ὀρθώσιος ab ὀρθώτω. Vid. Etymol. v. ὅσιος et ἄσιος." *Abresch.* Nempe δημηλασίᾳ ψήφῳ jungenda. In exemplo Aurati et duobus MSS. Spanh. est δημηλασίαϊ.

γνωσθεῖσαι si verum est, utique cum Abreschio explicandum καταγνωσθεῖσαι.

v. 9 sqq. ἀλλ' αὐτογενήτων φυξάνορα] *Sed nuptias cum Aegypti filiis propinquis nostris sponsos aversantes impiosque metuentes.* Ita si vera lectio est φυξάνορα interpretandus est hic locus. Audacior figura in φυξάνορα γάμον si cui displiceat, legere forsan malit: ἀλλ' αὐτογένητον φυξάνδρες. Ita Prometh. v. 861.:

— φεύγουσα συγγενῆ γάμον
ἀνεψιῶν.

v. 11. ὀνοταζόμεναι] „Verbo ὀνοτάζειν ab ὀνοτὸς praeter Apollon. Rhod. utitur Pindar. Isthm. IV. §5. et Callim. hymn. in Del. v. 20." *Abresch.*

v. 13. τάδε περσανομῶν] *haec pensitans* quasi calculis subductis.

v. 14. κύδιστα] „tantum abeſt ut vertere debuerint interpretes *maximum*, ut rectius fuiſſet verti *minimum*. Valet κράτιστα, αἱρετώτατα. Heſych. Κύδιον αἱρετώτερον; ad locum forſan Eurip. Alceſt. v. 960.: τί μοι ζῆν κύδιον. Vel Androm. v. 639.: κύδιον βροτοῖς πένητα χρηστὸν ἢ κακὸν καὶ πλούσιον γαμβρὸν πεπᾶσθαι." *Abreſch.*

κύδιστ' ἀχέων ἐπέκρανε] „Lege ἐπέκρανεν, ut ſulciatur ſyllaba catalectica cum ſententia nondum terminetur et verſus proxime ſequens a conſonante incipiat. Sententiam hujus loci neque Stanlejus intellexit, neque Pauwius, optime vero expoſuit Scholiaſtes, quamquam ejus interpretatio perperam ad v. 2. referatur. Duo ſcil. erant ἄχεα, nuptiae inceſtae et exilium. His penſitatis Danaus ἄχος illud, quod neque pietatem neque famam violabat, praetulit ac decrevit ſubeundum, exilium ſcilicet; quod igitur hic dicitur κύδιστ' ἀχέων *ex calamitatibus honeſtiſſima.*" *Heath.*

v. 14 ſq. ἐπέκρανε φεύγειν] „*auctor nobis fugae fuit*, ſive *ut fugam capeſſeremus*, ἐπεκύρωσε τὴν φυγήν." *Abreſch.*

v. 15. ἀνέδην διὰ κῦμ' ἅλιον] „Vulg. κυμβάλεον. Ed. Rob. κυμάλεον. Heſychius: Ἀνέδην Αἰσχύλος φεύγειν, Ἀνέδην διὰ κυμάλιον, ἢ ἐκκεχυμένως etc. Omnia corrupte. Legendum: Ἀνέδην Αἰσχύλος· φεύγειν ἀνέδην διὰ κυμάλιον vel potius διὰ κῦμ' ἅλιον, ita enim corrigendus videtur Aeſchyli codex ex Heſychio. Hunc ipſum locum reſpexit Etymologici auctor. Ἀνέδην, σημαίνει τὸ ἀναστάτους εἶναι· παρὰ τὸ ἔδος, ἔδην καὶ ἀνέδην, τὸ ἄνευ ἕδους. Αἰσχύλος· φεύγειν ἀνέδην." *Stanl.* — κῦμ' ἅλιον Spanhemius invenit in duobus Regiis.

v. 16 ſqq. κέλσαι — εὐχόμενοι τετελέσθαι] *et ad Argivam terram appellere, unde genus noſtrum ex Io ſub vaccae figura oeſtro jactata, ejusque contactu et afflatu per Jovem, deductum eſſe gloriamur.* εὐχόμενοι ſcil. ἐσμὲν periphraſtice pro εὐχόμεσθα. Et ſic ſaepe apud Homerum

rum in praedicatione antiqui generis, unde se aliquis ortum jactat. Similiter infra v. 289.:

Ἀργεῖαι γένος
Ἐξευχόμεσθα, σπέρματ' εὐτέκνου βοός.

Abreschius post vulgatam lectionem εὐχόμενον supplendum censet εἶναι. Eidem Hesychius videtur ad h. l. respexisse τετέλεσται explicans γεγένηται, οἱ δέ, γεγάμηκεν.

v. 20. εὔφρονα] „Henr. Stephanus: εὔφρων *benevolus* etiam redditur, sed sine exemplo: cujus tamen significationis exempla plurima vel in uno Aeschylo reperire licet, ut praeter hunc locum in Choëph. v. 107.:

φθέγγου χέουσα σεμνὰ τοῖσιν εὔφροσιν." *Stanl.*

v. 23. ἐριοστέπτοισι] „Sic recte Stanlejus emendandum censuit post Scalig. et Auratum ap. Spanh. ad Aristoph. Plut. v. 383." *Abresch.* Cf. Eumenid. v. 43 sqq.

v. 24. ὦ πόλις, ὦ γῆ] Vulgatam hucusque lectionem ὧν — ὧν acriter defendit Heathius, propterea quod, si ὦ legatur, non solum dii superi et inferi, et tertio loco Jupiter sospitator, sed et πόλις et γῆ et ὕδωρ aeque invocentur, ut Aegypti prolem fluctibus submergant, quod certe sit absurdissimum; at non cogitavit vir doctus in ejusmodi acclamationibus priora universe dici; v. c. *o urbs*, *o tellus*, *o aqua!* (q. d. recipite nos!) *vosque dii* etc., ita ut δέξασθε tantum e sequentibus anticipandum sit, reliqua vero ἀρσενοπλήθη — πέψατε tantum ad deos referantur. Certe si quis ὧν — ὧν servandum censeat, minime audiendus est Heathius versiculum hunc ad priores retrahens, quasi ab ἀφικοίμεθα ἡμεῖς pendeat. Una potius ratio est, ut ὧν construatur cum ὕπατοί τε θεοί, per inversionem ordinis verborum, q. d. θεοί, ὧν πόλις, ὧν γῆ καὶ λευκὸν ὕδωρ.

v. 24 sqq. „λευκὸν ὕδωρ noster imitatione Homeri non uno loco ut Iliad. Ψ. v. 282. Od. E. 80. θεοὶ ὕπατοι et χθόνιοι ut Agam. v. 89. Βαρύτιμος hic *graviter puniens*,

alias *pretiosus*. Θήκας interpres *sedes* vertit, alibi notat *sepulcra* Aristid. T. I. p. 139. 591." — *Abresch.* Praestat autem cum Aurato et MSS. duobus Spanhemii legere Χθονίας θήκας κατέχοντες, nisi malis etiam Χθονίους θάκους κατέχοντες.

v. 29. θηλυγενῆ στόλον *muliebrem classem* f. *gregem*; opponitur enim θηλυγενὴς στόλος et ἀρσενοπλήθης ἐσμός. Hesych. θηλυγενὴς ὁ ἐναντίος τῷ ἀρρενωπῷ. αἰθοῖον πνεῦμα χώρας *ventus secundus*, qui est *benevolus* ideoque etiam *verecundus* dici potest. Petit igitur Chorus, ut dii sibi propitium faciant populum Argivum, qui ipsas ut virgines et innocentes cum verecundia et benevolentia excipiat.

v. 32. ἀσώδει] „Rectius hoc pro πηλώδει accipi, judicat Spanhem. ad Callim. H. in Pall. v. 46. et ita Schol. suadetque non modo locus Strabonis, quem citat Spanh. verum etiam mox v. 51. Cf. V. D. ad Hesych. apud quem nec Salmas. aliter emendasse videtur, quam ἰλνώδης, quodque ei tribuitur excerptoris errori deberi manum viri summi minus assecuti. Add. Hesych. v. ἄσις et ἀσίῳ, unde ἀσώδης productum." *Abresch.*

v. 33. ὄχῳ ταχυήρει *celeri vehiculo*, i. e. nave.

v. 34. πόντονδ' *in altum*; ut plerumque apud Homerum πόντος pro *alto mari* ponitur.

v. 34 sqq. ἔνθα δὲ ὄλοιντο] *ibique turbini procelloso, tonitribus, fulguribus ventisque impetuosi maris imbrem cientibus occurrentes pereant.*

v. 39. σφετεριξάμενον πατραδελφείαν] „Σφετεριξάμενον ad ἐσμὸν refertur. Orant autem virgines, ne a viris abripiantur, et in earum potestatem veniant, ac tamquam propriae ab ipsis usurpentur. Id enim est σφετερίζεσθαι. Hesychius: Σφετεριζόμενος, ὑφαιρούμενος, ἰδιοποιούμενος. Proles πατραδέλφου hic πατραδελφεία dicitur. Hesych. Πατράδελφος, θεῖος πρὸς πατρός." *Stanl.*

v. 42.

v. 42. Δῖον πόρτιν] *Vitulum Epaphum* vocat, ex Jove et Io quae *vacca* fuerat prognatum. Sic infra v. 316.

ὑπερπόντιον τιμάορα] *vindicem noſtrum transmarinum*, quia ſcil. in Aegypto fuerat.

v. 44. ἀνδονομούσας] Hoc cum Porſono recepi pro ἀνδονόμου τᾶς, in quo incommodus eſt articulus. v. 542. Io dicitur ματρὸς ἀνδάνομος.

v. 46. ἔφαψιν] i. q. antea ἐπαφῆν v. 18. appellaverat. *Contrectationem enim Jovis nomine filii confirmavit ejusque omen implevit fatale tempus* (ſcil. gravidi tatis Iûs usque ad partum) *Epaphumque peperit* ab ἐπαφῇ illa nominatum. Sic ſupra Prometh. v. 854 ſqq.:

ἐνταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα
ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θίγων μόνον.
ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς θιγημάτων
τέξεις κελαινὸν Ἔπαφον.

v. 49. τόνδ' ἐπιλεξαμένα] Hic reſumunt Danaides orationis filum, parentheſi Ἔφαψιν — ἐγέννασε abruptum. Ἐπιλεξαμένα autem i. q. ἐπικεκλόμενα v. 41. malim vertere, *appellans*, *nomen ejus citans* ſ. *memorans*, quam ut vulgo vertitur, *invocans*. Nempe ſignificant Epaphi nomen memorando ſe declaraturas, cujates ſint, et quanam a ſtirpe originem ducant. Cf. infra v. 277. 315. 324 ſqq.

v. 50. ἐν ποιονόμοις ματρὸς ἀρχαίας τόποις] Argivam terram deſignant, ut ſupra v. 16 ſqq. Infra v. 541. eadem appellatur παλαιὸν ἴχνος ματέρος.

v. 52. τῶν πρόσθε πόνων μνασαμένα] *labores* ſcil. Iûs *olim exantlatos enarratura*. Cf. v. 294 ſqq.

v. 53 ſqq. τά τε — φανεῖται] *partim ea documenta Argivis oſtendam, quae idonea ſint ad fidem orationi meae faciendam* (cf. v. 312. 326.), *partim occurrent quaedam quae praeter exſpectationem ipſis obvenientia parum verifimilia videantur* (cf. v. 239 ſqq. 280. 327.). *Attamen ſer-*

monis mei veritatem homines agnoſcent, ubi longius expoſitum audiverint.

v. 57. οἰονωπόλων] Nimirum quia augures avium linguas callere putabantur, facilius quam alii Danaidum querelas cum lugubri Philomelae cantu comparare poterant.

v. 60. Τηρείας μήτιδος] Recte Scholiaſtes periphraſin interpretatur pro Τηρέως.

v. 62. οἰκτρᾶς ἀλόχου] Secundum Tragici noſtri mentem uxor Terei Philomela erat, non ut alii perhibuerunt Progne; ideoque κιρκηλάτου δ' ἀηδόνος explicationis cauſa ſ. per appoſitionis figuram additur.

v. 64. ἠθέων] Heſych. ἤθεα, τοὺς συνήθεις τόπους καὶ διατριβάς, quem ad locum conferenda eſt Alberti nota, qui comparavit Apollon. Rhod. Argon. II. 1242. χῶρόν τε καὶ ἤθεα κεῖνα λιποῦσα, et Aelian. hiſt. animal. IX. 9. qui eleganti paronomaſia dixit τῶν μητρώων καὶ ἠθῶν καὶ ἐθῶν ἐρᾶν, pro *maternas ſedes et mores amare.*

v. 67. ἔθεν] Id editor Glasg. quoque in textum recepit. *Recolit autem filii ſui* Itys *mortem, quo pacto ille propria matris manu caeſus interierit, fauſtae* ſcilicet *matris irae, ex patris ejus Terei facinore conceptae, obnoxius.*

v. 69. Ἰαονίοισι νόμοισι] Hoc non eſt de ea modorum muſicorum ratione accipiendum, qua Phrygius, Lydius, Ionius aliique modi tonorum intervallis diſtinguebantur. Sed de univerſo canticorum charactere pro ingenio nationum diverſo ut apud Lucian. in Harmonide Phrygio modo tribuitur τὸ ἐνθεον, Lydio τὸ βακχικὸν, Dorio τὸ σεμνὸν, Ionio τὸ γλαφυρόν.

v. 71. Νειλοθαλῆ] Hanc lectionem etiam Spanhemius e MS. enotavit. Vulgatum νειλοθερὴς vix ſatis apte explicari poteſt. Etenim Scholiaſtae interpretatio, τὴν ἐν τῷ Νείλῳ θερισθεῖσαν ὅ ἐστι βλαστήσασαν ἐν Αἰγύπτῳ, vereor ut cuiquam ſe probet.

v. 72.

v. 72. ἀπειροδακρύν τε καρδίαν] *cor adhuc lacrymas haud expertum, doloribus et curis vacuum.*

v. 73. γόεδνα δ' ἀνθεμίζομαι] *Et querelas carpo*, i. e. inſtituo, cieo. Comparat Stanl. Choëph. v. 148. Ὑμᾶς τε κωκυτοῖς ἐπαυθίζειν νόμος.

v. 74. δειμαίνουσα φίλους] *metuens amicos*, h. e. cognatos, patrueles, Aegypti filios.

v. 75. τᾶσδε φυγᾶς] *Si quis fugae hujusce noſtrae ab Aegypto curam gerat.*

Θερίας metri cauſa dedi pro vulg. ἀερίας. Ἀερίαν tamen γᾶν olim dictam fuiſſe auctor eſt Heſychius: Ἀερία δμίχλη παρὰ Αἰτωλοῖς· Θάσον τε τὴν νῆσον, καὶ Αἴγυπτον, καὶ Λιβύην, καὶ Κρήτην, καὶ Σικελίαν, καὶ Αἰθιοπίαν, καὶ Κύπρον οὕτως ἐκάλουν. De Aegypto confirmat Apollon. Rhod. lib. I. et Gellius N. A. XIV. 6.

v. 77. ἀλλὰ θεοὶ γενέται — ἰδόντες] Sic uno verſiculo continuo eoque hexametro legendum eſſe vidit Heathius. Niſi forte κλύετ' εὖ pro εὖ κλύετε, *bonam vobis famam parate* dictum putes, εὖ τὸ δίκαιον ἰδεῖν eſt *juſtitiam recte adminiſtrare*, ſ. *reſpicere.*

θεοὶ γενέται] „Γενέτης, γεννήτωρ et γενέθλιος idem ſignificant, auctorem ſcil. generis ſive familiae. Eurip. Ione v. 583.:

θύσας δὲ γενέταις θεοῖσιν.

Noſter infra v. 209.:

Ζεὺς δὲ γεννήτωρ ἴδοι,

Pindarus Pyth. Od. 4.:

Ὅρκος ἄμμιν μάρτυς ἔστω
Ζεὺς ὁ γενέθλιος ἀμφοτέροις." — *Stanl.*

v. 78. ἦβαν μὴ τελέα] Ita nunc correxi vulgatum ἢ καὶ μὴ τέλεον, quod corruptum eſſe nemo, ut opinor, negabit. *Nolite concedere ut illi praeter jus et fas maturo aetatis noſtrae flore potiantur.* Eodem modo dicitur ap. Euripidem ἐπεὶ ἐς ἥβην ἦλθον ὡραίων γάμων Helen. 12.

v. 86 ſqq. ἐστι δὲ — φυγάσι ξύμα δαιμόνων σέβας.] *Eſt vero etiam iis, qui bello* ſ. *praelio male afflicti fugiunt, altare propugnaculum calamitatis ex majeſtate deorum,* quam ſcil. hoſtes quoque venerantur, ne ei, qui ad aram ſupplex confugit, nocere velint.

v. 85. εὐθύνη Διὸς εὖ παναληθής.] Miſere circa h. l. trepidarunt interpretes, ut vulgatam εἰ θεὴ Διὸς εὖ παναληθῶς explicarent. Stanlejus hac interpunctione uſus:

ξύμα, δαιμόνων σέβας,
εἰ θεὴ Διὸς εὖ παναληθῶς,

vertit: *deorum veneratio, ſi quis cordate Jovem colat.* Quod quomodo ex verborum ſtructura elici poſſit, nemo dixerit. Mitto alios. Nam de corruptela vulgatae lectionis dubitari nequit. Nos nunc ſic emendare auſi ſumus: εὐθύνη Διὸς εὖ παναληθής, *Verum eſt et juſtum omnino Jovis judicium.*

v. 86 ſqq. Διὸς ἵμερος — λαοῖς] *Jovis conſilium haud in promtu eſt conjectura indagare; nihilo ſecius id, etiam tenebris involutum, ubique refulget cum atra fortunae tempeſtate mortalium gentibus.* μελαίνᾳ ξὺν τύχᾳ receptum eſt a Porſono in textum, ejusque lectionis veſtigia jam in Robortelliana editione apparent. Ceterum comparatio ducta eſt a ſpectaculo fulminum atras nubes interlucentium, adeoque μελαίνα τύχα non eſt h. l. ut Abreſchio placebat *eventus obſcurus*, ſed potius, ut in effectu horridae tempeſtatis, calamitatem agris importantis, *dira fortuna ac triſtis.*

v. 90. πίπτει — τέλειον] *Firmiter autem haud ſupinum cadit*, h. e. certum exitum habet, haud lubricum eventum, *ſi quid conſilio Jovis perficitur.*

v. 92. δαυλοὶ] *Perplexae enim et obſcurae mentis divinae viae ſunt ac perſpectu difficiles*, ut adeo nemo ejus conſilia impedire valeat. Δαυλὸν Heſych. intp. δασύ, et Δάσκιον idem exponit μεγάλως σκιάζον διὰ τὸ σύνδενδρον καὶ

καὶ ἀσύ. Metaphora igitur ducta est a via per sylvam arboribus confertam ideoque perplexam et caliginosam. Ceterum totum illud carmen v. 90 sqq. Grotius hisce versibus latinis expressit:

Quid enim cupiat Jupiter, haud est
Novisse datum, licet in mediis
Illi lucent cuncta tenebris.
At res hominum nigri volvunt
Undique casus. Bene prona cadit
Res quaecunque est fabricata Jovis
Vertice summi; nam per caecos
Meat anfractus, tectasque Jovis
It cura vias cernique negat.

v. 94. ἄφραστοι] Hesych. Ἄφραστον, ἀπρονόητον, ὥστε μηδένα νοῆσαι.

v. 95 sqq. Ἰάπτει — ἀγνῶν] Luculentissima est emendatio Hermanni in Ep. ad Heynium Vol. III. editionis Pindari Heynianae p. 407. ἀπίων (i. q. πραπίων) legentis pro vulg. ἀπιόων, quod nemo explicare potuit. Ἀπίδες ὑψίπυργοι interpretatur vir doctissimus sic ut idem sit, quod mox ἥμενον ἀνω φρόνημα. *Ex altissima vero mentis arce Jupiter punit mortales perditos ac profligatos, nemoque vim injustam armavit a divino numine prorsus impunem*, illam potius divina *mens in coelo habitans sancta in sede constituta desuper persequitur.* οὖτις, citat Spanhem. ex Aurati exemplo et MSS. A. B. Idem incidit conjectura in πανάποινον. Pro ἐφ' ἁγνῶν in MS. B. idem invenit ἀφ' ἁγνῶν.

πανώλεις] Hesych. πανώλης, πανόλεθρος, ὄλωλε, ἀπολλύμενος. ἐκπράττειν h. l. non est *perficere*, s. ut Schol. ἐκπράττειν τὸν σκοπὸν, sed significat, *ulcisci*, *exsequi* injuriam.

v. 103. ἰδέσθω — μεταιγούς] In hac antistrophe unius vocabuli θάλπος in vulg. θάλος depravatio in tot tricas interpretes conjecit, ut quo se verterent, non reperi-

rent. Stanlejana enim verſione quid poteſt eſſe obſcurius: *Reſpiciat autem injuriam mortalem, qualiter juveneſcit radix propter meas nuptias germen animo infeliciter conſulente mentem furentem retinens ſtimulum non vitandum gravi damno ſuccumbens.* Scilicet hoc eſt aenigmata loqui! Repoſito autem v. 112. θάλπος pro vulg. θάλος (ſ. θάλλος ut Porſonus edidit) ſenſus exoritur planiſſimus: *Reſpiciat autem* divinum numen *vim illam contumeliosam et petulantem, qua juveniliter ſe* in nos *effert ſtirps mortalis Aegypti filiorum, ob nuptias meas*, quas appetit, *aeſtum amoris malesuada mente, furibundumque animi affectum, ceu ſtimulum inevitabilem ſentiens, fero tandem noxam* ſibi ſuga noſtra factam *fraude noſtra* cognita, *intelligens.* Ultima tamen verba concinnius forſan ſic legenda:

Καὶ διάνοιαν γε μαινόλιν
Κέντρον ἔχων, Φυγᾶς δ' ἄνατον
Ἁπάταν μεταγνούς.

poſtquam innoxiam fugae noſtrae fraudem intellexit. In MSS. A. B. Spanhemius reperit ἄταν δ' ἐπ' ἄτᾳ μεταγνοὺς *injuriam ſuper injuria excogitans.* Sic enim vertit μεταγνοὺς, haud ſcio an parum apte.

v. 106. θάλπος;] Saepe hoc de amoris aeſtu ponitur. Sic Prometh. 654.:

— Ζεὺς γὰρ ἱμέρου βέλει
Πρὸς σοῦ τέθαλπται.

v. 111. τοιαῦτα — τιμῶ] Multo elegantius haec ſtrophes particula decurrit ita conſtituta, quam ut vulgo

Τοιαῦτα πάθεα μέλεα θρεομένα λέγω
Διγέα, βαρέα, δακρυοπετῆ,
Ἰή, Ἰή,
Ἰηλεμοῖσιν ἁμπρεπῆ.
Θρεομένη μέλη
Ζῶσα γόοις με τιμῶ.

Tales igitur aerumnas miseras queſta narro, acutas, graves, lacrymoſas, hei hei, carminibus funebribus aptas. Vivà me ipſam naeniis honoro.

θρεο-

Ἀρεομένη μέλη, (quod Porſonus quoque uncinis inclusit,) ſcholiaſtae videtur deberi, quod ſi placeat, nihil opus eſt in antiſtrophe poſt v. 132. lacunae notam ponere, quaſi ſequens verſiculus interciderit.

Ceterum inutiles ſunt Scaligeri conjecturae, quas ex ejus ſchedis notavit Abreſchius, Ζῶσα γόοισιν ἄτιμα, vel ἔτοιμα.

v. 112. δακρυοπετῆ] ſenſu activo *cadere faciens*, *eliciens lacrymas*.

v. 115. ζῶσα γόοις με τιμῶ] ſignificat ſe quaſi, tanquam praeficam, ſibi ipſi naeniam canere. *Ich ſinge mir noch lebend mein eignes Todtenlied.*

v. 116 ſqq. ἱλέομαι — εὐακοεῖς] „Cum prius dixiſſet βοῦνιν, verborum quibus utitur obſervantiſſimus, ſtatim addit καρβάνα δ' αὐδὰν etc. Βοῦνις enim γῆ, κατὰ βαρβάρους, inquit Scholiaſtes. Et Phrynichus notat βουνὸν eſſe ἀξυνείαν φωνὴν τῆς Ἀττικῆς. Unde alicubi in Comoedia, cum quidam hunc verſum protuliſſet:

Βουνὸν ἐπὶ ταύτῃ καταλαβὼν ἄνω τινά,

regerit alter:

Τίς ἐσθ' ὁ βουνός, ἵνα σαφῶς σε μανθάνω;"— *Stanl.*

Βοῦνις γῆ vero dicitur *terra collibus frequens*; ſic infra γᾶ βοῦνις componitur v. 779.; falluntur ergo qui Ἀπίαν βοῦνιν dictum eſſe putant pro Ἀπίαν γῆν, cum ſignificet *Apiam* (terram) *collibus frequentem*. Cf. Interpr. ad Heſych. v. βοῦνις γῆ.

ἱλέομαι] *Supplex imploro Apiam terram*, i. e. metonymice Argivam, *ſimul ut barbaram orationem aequi bonique conſulas rogo*. καρβάνα δ' αὐδὰν ſcribere potuit Aeſchylus, etſi alibi formam κάρβανος amat. Etymol. M. teſtatur καρβάνες dici pro βάρβαροι. Pro εὐακοεῖς Heathius optativum εὐάκοοῖς referendum opinabatur; quod autem ille interpretatur: *bene intelligas*, malim: *cum benevolentia audias*, *aequi bonique conſulas*. Nos vero nunc dedimus εὖα, κανοῖς, *eia*, *agnoſcas quaeſo*.

v. 119.

v. 119 ſqq. πολλάκι — κάλύπτρα] *Identidem autem prae triſtitia lacero veſtimenta linea et Sidonium capitis tegumentum.* Male Staulejus: *Saepius autem rogo, cum laciniis, lineis textis, aut Sidonio capitis tegmine.* ἐμπιτνεῖν σὺν λακίδι nihil aliud eſt quam *discerpere, dilacerare, impetum in veſtes facere lacerando.* Sic Perſ. v. 122 ſq.:

Βυσσίνοις δ' πέ-
πλοις πέσῃ λακίς.

v. 122 ſq. Θεοῖς — ἀπῇ] Vulgatam hanc lectionem latinus interpres ita vertit, ut aegre ſenſum elicias: *Diis pia perfecta rebus bene cedentibus, incurrant, ubi mors abſit.* Heathius verſiculos hoc modo correctos:

Θεοῖς δ' ἐναγέα τέλεα πελομένων καλῶς
ἐπὶ ὁρόμῳ γ' ὅτι θάνατος ἀπῇ;

ſic interpretatur: *Diis vero ſolvi debent vota conſummata rebus noſtris felicem eventum ſortitis, quod iter huc facientes mortem evaſerimus.* Nempe ἐναγὲς dici putat omne id quod religione aliqua ſive voti, ſive ſacramenti, ſive piaculi, ſive alia quacunque obſtrictum teneatur. Nobis autem corrigendum videtur:

Θεοῖς ἐνάγεα τέλεα πενομένων καλῶς
Ἐπιδρομοῦσι,

Diis autem hoſtiae perfectae rite ſacrificantium ſ. *operantium abundanter praebebuntur.*

v. 133 ſqq. πλάτα — πνοαῖς] Stanl. ita reddidit: *Remus quidem et lino conſuta domus* (i. e. navis) *mare arcens a ligno, tempeſtate nulla jactatam me miſit cum flatibus.* Patabat nimirum ἄλα στέγων cum ὁρμὸς conjungendum eſſe. At multo elegantius Aeſchyloque dignius ἀχείματον ὁρμὸς ſignificat, eum qui *belli tempeſtatem haud expertus eſt.* Adeoque Danaides felices ſe praedicant, quod navis, qua vectae ſint, ipſas, belli tempeſtate, quae ſibi ab Aegypti filiis imminebat, evitata ventis ſecundis Argos detulerit.

v. 136.

v. 136. οὐδὲ μέμφομαι τελευτᾶς·] *nec eſt quod me hujus exitus poeniteat.* Porſonus puncto poſt μέμφομαι poſito, τελευτᾶς ad ſequentia traxit.

v. 137. ἐν δὲ χρόνῳ] *modo poſthac* etiam, ſive *tempore idoneo*, *pater omnia cernens* (Jupiter) *benevole efficiat*, *ut ſoboles* ejus *ex veneranda magna matre* (Io) *conjugium virorum* (Aegypti filiorum) *innupta et indomita effugiat.*

v. 142 ſqq. θελοῦσα — γενέσθω] *Lubens vero lubentem me caſta Jovis filia* (Minerva) *reſpiciat*, *vultusque graves in me* (praelidii cauſa) *immotos dirigat*, *omni autem vi nos a perſecutione* (patruelium) *tutas praeſtans*, *innuptarum virginum innupta virgo liberatrix eſto.* Amplectimur nempe lectionem junctis Canteri, Pauwii Heathiique conjecturis ita conſtitutam:

παντὶ δὲ σθένει διωγμοῖς
ἀσφαλίσασ' ἄδμητος ἀδμήτα
ῥύσιος γενέσθω.

v. 151 ſqq. εἰ δὲ μὴ — ὀλυμπίων] Recte Heathius legendum eſſe vidit ἤ pro vulg. ἢ. *Si minus*, in Tartarum, *ubi* Titanum *genus terreſtre fulmine Jovis percuſſum adeoque nigratum* (ambuſtum) *nunc habitat*, *ad Jovem mortuorum*, (i. e. Ἀιδην Plutonem) *multos ad ſe hoſpites recipientem*, *ibimus*, *vita ſcilicet ſuſpendio finita*, *a coeleſtibus diis ſpretae et rejectae.*

v. 160. ἐκ θεῶν] Si lectio ſana eſt, verba hoc ordine jungenda: ἰὼ μῆνις ἐκ θεῶν Ἰοῦς μάστειρα, *eheu iram numinum inveteratam Ius veſtigia perſequentem.* Fortaſſe autem ita ediderat Aeſchylus:

ὦ Ζεῦ, Ἰοῦς, ἰώ,
μῆνις μάστειρ' ἐκθέει,

o Jupiter, *ira* (Junonis) *adverſus Ionem olim ſuſcepta inveſtigatrix excurrit*, me quoque *perſecutura.* Certe ſic legiſſe videtur Scholiaſtes, hoc modo interpretatus: καὶ ἐφ' ἡμᾶς οὖν ἔφθασεν ἡ μῆνις τῆς Ἥρας.

v. 161.

v. 161. Κοννῶ δ' ἄταν] *agnoſco autem noxam*, h. e. iram pernicioſam, Jovis *conjugis*, *omnium coeleſtium numinibus potentiorem*. Heſych. Κοννεῖν συνιέναι, ἐπίστασθαι, et Κοννοῦσι, γινώσκουσι.

v. 163 ſq. Χαλεποῦ — χειμὼν] *A vehementi enim procella excitata procedit haec tempeſtas*, h. e. pericula, quae nos urgent, adeo gravia ſunt, ut haud ſine irati alicujus numinis ejusque potentiſſimi vi et conſilio concitata videantur.

v. 166 ſq. οὐ δικαίοις — λόγοις] *Profecto Jupiter male audiret, in rumores ejus numine parum dignos incurreret.*

ἐνέξεται] Hoc ex edit. Glasg. recepi.

v. 167. τᾶς βοὸς] Ἰὼς *in vaccam mutatae.* Sic ſaepe breviter deſignatur.

v. 168. παῖδ' ἀτιμάσας] Βοὸς παῖς Epaphum ſignificat, quem Jupiter parum erat honoraturus, ſi poſteritatem ejus, Danaides, neglexiſſet.

v. 170 ſqq. νῦν — καλούμενον] *ſi nunc quidem vultum a precibus noſtris averteret, nec deſuper audiret vocatus.*

v. 173. ὦ Ζεῦ] Ad explendam, quae vulgo in edd. eſt, lacunam ſex verſiculorum, nihil aptius eſt repetitione clauſulae ſtrophes quintae; quam a Cantero jam commendatam videmus. Ejusmodi enim repetitiones ſaepius occurrunt, ut v. 125 ſqq.

IN SCENAM II.

v. 179 ſqq.

v. 180. ναυκλήρῳ πατρὶ] *claſſis veſtrae praefecto, itineris maritimi duce.* Sic ſupra v. 12. Danaus βούλαρχος καὶ στασίαρχος appellabatur.

v. 181 ſq. καὶ — δελτουμένας] *Quemadmodum igitur conſiliis meis obſecutae iter maritimum bene vobis eveniſſe videtis, ita nunc quoque, poſtquam ad terram appuliſtis, res*

res veſtras ut prudenter agatis, auctor ſum; ideoque hortor, ut quae vobis dicturus ſum memoriae mandetis, diligenterque obſervetis.

v. 183. κόνιν ἄναυδον ἀγγέλου στρατοῦ] Abreſchius articulum τὸν ante ἄναυδον inſerendum putabat.

v. 185 ſq. ὄχλον — λεύσσω] Has militum copias ex poëtae mente rex Argivorum non ideo videtur contraxiſſe, quod ab adventu Danaidum periculi quid metueret; ſed erant milites praeſidiarii, quos rex jaculando, aurigando, ceterisque artibus bellicis exercebat.

ὑπασπιστῆρα καὶ δορυσσόον] „Graecam agnoſcis armaturam. Cum Atoſſa Perſarum regina quaeſiviſſet, qualia eſſent arma Graecorum, reſpondit Chorus Agam. v. 240.:

ἔγχη σταδαῖα καὶ φερέσπιδες σαγαί." *Stanl.*

v. 188 ſq. τάχ' ἂν — πεπυσμένοι] Stanl. vertit: *Fortaſſe ad nos hujusce terrae principes ſpeculatores ſint nuntios audituri.* Imo verius: *Fortaſſe ad nos hujus terrae principes ſpeculatum venient, nuntiis de adventu noſtro auditis.* γῆς ἀρχηγέται pluralis pro ſingulari, ut ſaepe.

v. 190. ἐπόρνυται] Facile eſſet ἐπόρνυνται referibere, ut rectius cum praecedenti ἀρχηγέται conveniret; ſed frequens eſt apud Aeſchylum enallage numeri.

v. 191. ἄμεινόν ἐστι παντὸς οὕνεκα *in omnem eventum melius et conſultius eſt.*

v. 192. ἀγωνίων θεῶν] „Heſychius: Ἀγώνιοι θεοί, οἱ τῶν ἀγώνων προέστῶτες. Qui ſint, tradit infra v. 221. et ſq. Scil. Jupiter, Apollo, Neptunus, Mercurius. De Apolline et Mercurio egimus ad Agamemn. v. 523. et 524. Jovis ἀγωνίου meminit Sophocles Trachiniis, v. 25.

τέλος θ' ἕθηκε Ζεὺς ἀγώνιος καλῶς.

De Neptuno, utpote qui Iſthmiorum praeſes, res clara eſt, quem Aeſchylus deſignat per tridentem, v. 226.:

Ὁρῶ τρίκινον τήνδε σημεῖον θεοῦ.

Et

Et v. 763.:

Οὐ μὴ τριαίνας τάςδε καὶ θεῶν σέβη
Δείσαντες —" *Stanl.*

v. 194 ſq. λευκοστεφεῖς ἱκτηρίας] *olivae ramos, alba lana coronatos, ſupplicum inſignia.*

ἀγάλματ' αἰδοίου Διὸς] *Ornamenta Jovis ſupplicum praeſidis* et hoc nomine maxime venerandi.

v. 196. συνωνύμων] Lectio Scholiaſtae εὐωνύμων vulgatae ξυνωνύμων haud videtur poſiponenda. Etſi enim hoc ita interpretantur, ut reſpiciatur σεμνῶς, adeoque χερῶν συνωνύμων ſignificet, i. q. aeque σεμνῶν, pleonaſmum tamen hoc ſapit inutilem. Etenim ſi geſtus manuum verecundus jam deſignatus erat verbis σεμνῶς ἔχουσαι, ecquod erat aliud in manibus ipſis verecundiae ſignum?

v. 199. τάςδ' ἀναιμάκτους φυγὰς] Cf. v. 7. 8.

v. 200. φθογγῆς] Hoc nunc praeferendum duxi lectioni φθογγῇ, quae eſt in ed. Glasg. pro vulg. φθογγὴ. „Ac primum quidem in voce veſtra ſequatur modeſtia ab omni audacia ſ. procacitate remota, deinde vultus haud levis, haud laſcivus a fronte modeſta ex oculis tranquillis hoſpitibus occurrat."

v. 203. καὶ μὴ πρόλεσχος μηδ' ἐφολκὸς] *Et neque procaces, ſermonem occupando, nec diffuſae et prolixae eſtote. (Seyd weder vorlaut, noch ſchleppend langweilig im Reden.)*

v. 204. τὸ τῇδε κάρτ' ἐπίφθονον γένος] Stanl. vertit: *in hac regione valde proni ſunt ad invidiam.* Rectius: *quod* (loquendi ſcil.) *genus valde hic eſt odioſum*, prorſus ut infra Rex Pelaſgus:

Μακρὰν γε μὴν δὴ ῥῆσιν οὐ στέργει πόλις.

v. 210. μηχανῆς ὅ' ἔστω κράτος] Nodum in ſcirpo quaeſivit Heathius, offenſus *machinae* vocabulo, cui nimirum hic locus non ſit, ideoque ad inutilem ſane corrigendi rationem delapſus. Recte Abreſchius expoſuit: *Ne igitur cuncteris; ſed celeriter exequere, quae paras.*

v. 211.

v. 211. θέλοιμ' — ἔχειν] „Sententia eſt: *Tantum abeſt ut ſegniter agam, ut vellem jam prope aſſidere tibi*, illo nempe in πάγῳ ἀγωνίων θεῶν, v. 204. πέλας cum tertio quoque caſu, Eurip. Phoen. v. 852." *Abreſch.*

v. 212. ὦ Ζεῦ] Notandum eſt, antequam haec et ſequentia pronuntiarentur, puellas cum patre ad aram illam ἀγωνίων θεῶν conceſſiſſe, ibique ſedem cepiſſe. Abreſchius legendum ſuſpicatur μήπω 'λωλότας, *nondum perditos*, *qui nondum periimus*, *nondum actum de nobis cum ſit*, ſed ſcil. ſervari et ſalvi eſſe queamus, *miſerere laborum et aerumnarum.* Vulgata tamen lectio bonum praebet ſenſum: *O Jupiter, ne te noſtri tum demum miſereat, cum laboribus et aerumnis prorſus oppreſſae fuerimus.* Ita Scholiaſtes quoque accepit.

v. 215. Ζηνὸς ὄρνιν] Sequenti verſiculo ſignificatur hac periphraſi *Solem* intelligi, cum gallo gallinaceo comparatum. „Ideo autem Solem ἀλέκτορα appellat, quod uterque dormientes excitet, ut obſervat Scholiaſtes. Eadem ratione Ion Chius tibiam ἀλέκτορα vocavit, apud Athenaeum lib. IV.:

ἐπῇδ' αὐλὸς ἀλέκτωρ
λύδιον ὕμνον Ἀχαιῶν." *Stanl.*

v. 217. Φυγάδ' ἀπ' οὐρανοῦ θεὸν] „Ideo Apollinem invocant ad praeſtandum ipſis auxilium, quod et ipſe aliquando e coelis relegatus a Jove fuiſſet ad Admeti armenta." *Stanl.*

v. 218. εἰδὼς ἄν] Hanc lectionem, quam Stephanus et Spanhemius e codice laudant, ut ſenſui aptiorem, praetuli. *Haud ignarus hujus fortunae*, exſilii, mortalibus etiam exulibus *propitius ſit.* Prorſus ut apud Virgilium loco nobiliſſimo

Haud ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.

v. 219. συγγνοῖτο] Hoc unice verum eſt, nec ullo modo placere poteſt Scholiaſtae commentum, σύγγνοιτο,

quasi pro συγγένοιτο legentis. Et sic jam Stephanus judicavit. „Omnino, inquit, crediderim legendum συγγνοῖτο. Quod idem valebit, quod praecedente versu συγγνώῃ. Est enim γνοῖμι, ut δοῖμι, γνοίμην ut δοίμην, tertia persona γνοῖτο, et in compositione συγγνοῖτο. At σύγγνοιτο erit a συγγίνομαι pro συγγίνοιτο per syncopen, quod etiam voluit Scholiastes. Sed συγγνοῖτο ut legendum putem, facit sensus; et ut existimem illud συγγνώῃ repetitum fuisse hoc verbo, facit etiam particula δῆτα, quae saepe sic usurpatur, cum videlicet respondentes ita assentimur, ut etiam verbum id repetamus, quo ille cui respondemus usus fuerat." Hactenus ille.

v. 226. χ' ἁγνὸς ἑσμὸς ὡς πελειάδων] *et tanquam castus grex columbarum confidete, circorum cognatorum metu.* Haec lectio ab Aurato e MSS. prolata vulgatae ἐν ἁγνῷ ὁ' ἑσμὸς vel ὁεσμὸς sine dubio praeferenda. ὁμόπτερῶν h. l. non est *similium*, ut Stanl. vertit, sed cognationem cum patruelibus, Aegypti filiis, indicat.

v. 228. ἐχθρῶν — γένος] *qui quamvis consanguinei, tamen hostes vestri sunt, et incestis nuptiis genus vestrum commaculare audent.*

v. 229. ὄρνιθος — φαγών;] „Proverbialis locutio, cui respondet adagium, *canis caninam non est;* ap. Varronem de L. L. lib. VI. Juvenalis Sat.:

parcit
Cognatis maculis similis fera." *Stanl.*

Observandum tamen, hanc phrasin h. l. ad illicitas inter consanguineos nuptias pertinere.

v. 230. ἄκοντος πάρα] nempe invito patre.

v. 232 sq. ματαιῶν αἰτίας i. q. ματαιότητος δίκην, *neque apud inferos mortuus effugiat petulantiae crimen ista perpetrans.* Hoc et vulgatae μάταιον et Abreschii conjecturae μάταιος anteferendum arbitror.

v. 234.

v. 234. Ζεὺς ἄλλος — δίκας] „καμόντες *mortui*, ut v. 164.:

Τὸν πολυξενώτατον
Ζῆνα τῶν κεκμηκότων.

Plutonem intelligit, hauſit vero ex Homero, qui Ditem *Jovem ſubterraneum* vocat.

Ζεύς τε καταχθόνιος καὶ ἐπαινὴ Περσεφόνεια.

Obſervat etiam Pauſanias in Corinthiacis, Neptunum ab Aeſchylo *Jovem* vocatum. Αἰσχύλος δὲ ὁ Εὐφορίωνος καλεῖ Δία καὶ τὸν ἐν θαλάσσῃ, atque hinc rationem ducit ſimulacri Jovis, tres oculos habentis, quod idem Deus tribus mundi partibus imperet, quas alii tres Deos inter ſe ſortitos fuiſſe tradunt." *Stanl.*

v. 235. καμείβεσθε τόνδε τὸν τρόπον] *et hunc in modum reſpondete*, nempe quem v. 197 ſqq. iis praeiverat, ubi ἀμείβεσθαι eodem ſenſu ponebatur. Et in ipſis, quae poſtremum elocutus erat, verbis v. 229-233. pars quaedam continetur eorum, quae Danaides reſpondere poſſent, ad cauſam ſuam Argivorum rege commendandam. Vulg. lectio τόνδε τὸν τόπον ſignificat, *et hunc locum cum alio permutate*, *ab hoc loco diſcedite*; quod Danai conſilio v. 192. 225. plane eſſet contrarium.

v. 236. ὅπως — τόδε] *ut totum hoc negotium vobis bene eveniat; ut in cauſa hac ſuperiores diſcedatis.*

IN SCENAM III.

v. 237 ſqq.

v. 237 ſqq. ποδαπὸν — τόπων] „Scripſeratne forſan ποδαπὸν σ' ὅμιλον, i. e. σὲ τὸν ὅμιλον τόνδε στόλον ἀπέλληνα. Sequitur enim v. 243. ἔπλητε *). Vox πύκνωμα de veſtitu,

 uſi-

*) At quid hoc efficiat ad firmandam Abreſchii conjecturam, haud intelligo. Suavius contra decurrit oratio absque illo σέ. *Quodnam hic ſodalitium, haud Graecum, peregrinisque veſtimentis et velamentis ornatum alloquimur?*

uſitate. Vid. *Spanh.* ad *Ariſt.* Nub. v. 53. προσφωνεῖν cum accuſativo quoque Choëph. v. 1007., *Soph.* El. 1610., *Eurip.* Troad. 942., at cum tertio caſu in Novi Teſtamenti libris; eadem ſcil. ſyntaxeos ratione, qua προσφθέγγεσθαι, προσειπεῖν atque alia, de quibus *lect. Ariſtaen.* p. 85 ſqq. et *Auctarii Ariſtaen.* p. 17. χλίειν, quod *Heſych.* exponit per θρύπτειν, occurrit quoque *Choëph.* v. 135. Tum Ἀργολὶς ἑσθής, pro Ἀργολική." *Abreſch.*

v. 241 ſqq. ὅπως — πέλει] *Quomodo vero ſine timore hanc terram accedere auſae fueritis, haud praemiſſo praecone*, qui adventum veſtrum ejusque conſilium nuntiaret, *nec electo patrono*, qui vos ut peregrinas tutaretur, et cauſam veſtram apud cives ageret, nec denique *ducibus aſſumtis*, qui viam ſaltim vobis monſtrarent, *admiramur.*

v. 244 ſq. κλάδοι γε μὲν δὴ — παρ' ὑμῶν] „Παρ' ὑμῶν Editt. omnes, ſola excepta *Robort.*, in qua παρ' ἡμῖν. Receptae ſcripturae favet, verborum ordo: at hyperbaton ſi admittatur, altera lectio hoc minus fuerit ſpernenda, quoniam Schol. eam videtur ſecutus, dum ἀφικτόρων expl. per Ἑλληνικῶν ἱκετῶν, quod per ſe ἀφικτόρων non notat. Conſtructio erit, κλ. γε μὲν δὴ κατὰ ν. (τῶν) παρ' ἡμῖν ἀφ. κεῖνται πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις. Interpres vertit ceu eſſet παρ' ὑμῶν, et ita ad *Petit.* Legg. Attic. p. 106. citant viri docti, quos hoc de more adi." *Abreſch.*

Aptior autem eſt lectio a Spanhemio e MSS. excerpta παρ' ὑμῶν *a vobis.*

v. 245. μόνον τόδ'] nempe ſupplices vos eſſe.

v. 247. δίκαιον ἦν] non *par eſſet*, ut Latinus interpres, ſed *cauſa eſſet idonea* multa alia conjectandi.

v. 251. ἢ τηρὸν ἱεροῦ ῥάβδον] Difficilem hanc phraſin alii ſic explicant, ut ſit i. q. ῥαβδοῦχον τὸ ἱερὸν τηροῦντα, *templi cuſtodem* h. e. ſacerdotem *ſceptro inſignem;* alii ut Abreſchius τηρὸν tranſitive cum ῥάβδον conſtruendum putant, ut τηρὸν ῥάβδον ſignificet τηροῦντα ῥάβδον, ſ. ῥαβδότηρον,

ρον, i. q. ῥαβδοῦχον. Quae quidem ratio nimis dura nobis et contorta videtur. Donec melius quid afferatur, liceat mihi conjecturae indulgere, qua ducor ad ſuſpicandum, Aeſchylum ſic edidiſſe:

ἢ ῥήτορ' ἱερόῥαβδον,

vel oratorem i. e. legatum *ſacro baculo inſignem.* Cum enim Danaides regem nondum ſibi cognitum ad ſe venientem conſpicerent, nihil erat pronius, quam ut ex eo quaererent, utrum privatus eſſet, an legatus populi ad ſe miſſus, an ipſe civitatis rex? Ut de ſacerdote cogitarent, nulla erat cauſa. Praecones autem aut alios populi legatos baculos, inſignia muneris, manibus geſtaſſe, ſatis conſtat.

v. 252. πρὸς ταῦτ' — ἐμοὶ] Valckenarius ad Eurip. Phoeniſſ. p. 447. rectius hunc verſum ante virginum reſponſum poſt v. 261. legi putabat. In quo falſus fuit vir egregius. Nam verſu illo retracto, quod Heathius quoque monuit, prorſus otioſa eſſet particula γὰρ v. 253. nec haberet quo referretur. Manebit igitur ſuus huic verſiculo locus, optimeque ſic latine vertetur: *Quod ad iſta attinet, reſponde mihi, et loquere fidenter. Sum enim hujus terrae princeps.*

v. 253. τοῦ γηγενοῦς γὰρ εἰμ' ἐγὼ Παλαίχθονος] „Salmaſius de lingua Helleniſtica, *Aeſchylus Pelaſgum recentiorem facit quam ab aliis fit. Nam imperaſſe tum Argis dixit, cum Danaides eo advenerunt. Nam Danaides ſex γενεαῖς ab Inacho diſſitae fuere, cum Pelaſgus tribus tantum γενεαῖς ab eodem in deſcenſu diſtaret juxta γενεαλογίαν Apollodoro delineatam. Praeterea nondum Argos erat, cum Danaus aut Danaides in Peloponneſum commigrarent, nam a Danao conditum fertur. Non igitur Argis imperabat Pelaſgus, cum Danaus Peloponneſi incolis nomen occupata ea regione mutavit, et Danaos pro Pelaſgis curavit appellandos. Sed Aeſchylus ex perſona ſua locutus eſt, non regionem eo nomine appellavit, quo vocabatur tempore Danai:*

quod ſollenne Poëtis, et praecipue Tragicis. Sic Euripides Danaos εἰς Ἄργος veniſſe dicit, et condidiſſe ibi urbem Inachi, id eſt Ἄργος, nam regio ab urbe nomen ſortita eſt.

ἐλθὼν (Danaus) ἐς Ἄργος ᾠκισ' Ἰνάχου πόλιν.

Ita Virgilius,

— portusque require Velinos,

ex perſona ſua, cum nondum Velini eſſent —" Stanl.

v. 255. εὐλόγως ἐπώνυμον] Significat Pelaſgorum gentem hoc nomen a ſuo ipſius regis nomine derivaſſe. Eo reſpicit εὐλόγως.

v. 257. Ἄλγος] „Imo Ἄξιος vel Ἄψος legendum; prius tamen mallem, cum iſte fluvius fere dividat Theſſaliam, et cujus mentio apud Aeſchylum in Perſis v. 493. de Algo vero fluvio ne γρῦ quidem ſcriptores antiqui." *Stanl.*

Scaliger, teſte Abreſchio, Ἄγος reponere maluit.

v. 258. Στρυμών τε] „Perſpicue hoc et tribus verſibus ſequentibus totam Macedoniam et Theſſaliam deſcribit, cujus imperii finis ab una parte eſt fluvius Strymon, ab altera Pindus mons etc., a reliquis duabus mare. Deinde addit,

τῶνδε τἀπὶ τάδε κρατῶ,

quae verba in mendo cubant. Legendum:

τῶνδε κἀπὶ τάδε κρατῶ.

Id eſt, praeter jam memorata, hujus etiam regionis imperium obtineo. Ampliſſimum certe fuiſſe Pelaſgorum regnum ex Strabone lib. 7. manifeſtum eſt: τοὺς δὲ Πελασγοὺς ὅτι μὲν ἀρχαῖόν τι φῦλον κατὰ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἐπεπόλασε, καὶ μάλιστα παρὰ Αἰολεῦσι τοῖς κατὰ Θεσσαλίκην, ὁμολογοῦσιν ἅπαντες σχεδόν τι. Et Herodot. lib. I. τὸ δὲ Ἄργος τοῦτον τὸν χρόνον προεῖχεν ἅπασι τῶν ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι καλεομένῃ χώρῃ." *Stanl.*

v. 261 ſq. συντέμνει δ' ὅρος ὑγρᾶς θαλάσσης· τῶνδε κἀπὶ τάδε κρατῶ] „*Scaliger* emendat τῶνδ' ἐπὶ τάδε. Uncunque

cunque ſcripſerit poëta, ἐπὶ τάδε poſuit, pro ἐπὶ τούτοις, qua de ſtructura Anim. ad Perſ. v. 752., ubi ſimul de uſu τοῦ πρὸς ταῦτα et πρὸς τάδε, quem minus attendit interpres *Ariſt.* Eccleſ. v. 846. et Pac. v. 304. At quidem Eccleſ. v. 1132. Pac. 415. et 765., ubi Schol. Add. *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. v. 524. Quod vero hoc in loco συντέμνει ὅρος θαλάσσης, id v. 264. ὁρίζομαι χθόνα. *Virg.* I. Aen. v. 287. *terminare imperium Oceano.* *Plat.* Menex. 405. C. τὴν ἀρχὴν ὡρίσατο μέχρι Σκυθῶν. *Ariſtid.* T. I. p. 314. Λιβύης κολωνοῖς ταῦτα ὁρίζεται, i. e. περατοῦται καὶ τέλος ἔχει. Schol. inedito interprete. ἀφορίζειν inter alios *Plat.* Crit. 560. C." — *Abreſch.*

v. 263 ſq. χώρας Ἀπίας — χάριν] „Peloponneſum *Apiam* ab Api dictam tradit (quae prius Aegialea), quem ſequitur Pauſanias. Οὗτος, inquit, ὁ Ἄπις ἐς τοσοῦτον ηὐξήθη δυνάμεως πρινὴ Πέλοπα εἰς Ὀλυμπίαν ἀφικέσθαι, ὡς τὴν ἐντὸς Ἰσθμοῦ χώραν Ἀπίαν ἀπ' ἐκείνου καλεῖσθαι. Rhianus Poëta:

— τοῦ δὲ κλυτὸς ἐκ γένετ' Ἄπις
Ὅς ῥ' Ἀπίην ἐφάτιζε, καὶ ἀνέρας Ἀπιδανῆας —" *Stanl.*

v. 269. μήνη καὶ δάκη] „Reperio apud Phavorinum: Μῆνις χόλος, θυμός, κότος. Deinde poſt pauca Μῆνος, κότος καὶ ἔμμανος ὀργή." *Stanl.*

E Stanleji igitur ſententia μήνη καὶ δάκη per figuram ἓν διὰ δυοῖν, notaret *iratas beluas.* Abreſchius σμήνη καὶ δάκη legendum putabat, *tota examina.*

v. 270. ὀρακονθ' ὅμιλον] Figura uſitatiſſima pro ὀρακούντων ὅμιλον, ut Prometh. v. 1. σκύθην ἐς οἶμον pro σκυθικόν.

v. 271 ſq. τούτων — χθονὶ] „Idem τούτων ἄκη τομαῖα πρᾶξαι, quod τούτων φάρμακον τέμειν in *Plat.* XI. Legg. 677. f. et Epiſt. VIII. p. 724. C. Idem VIII. Legg 645. G. τί τεμὼν φάρμακον τούτοις ἑκάστοις τοῦ τοιούτου κινδύνου διαφυγὴν εὑρήσει. Conf. *Stanl.* in Agam. v. 17. Locutionem πρᾶξαι τὶ τινὶ declarant Anim. ad Prom. v. 49. —" *Abreſch.*

v. 273. μνήμην — λιταῖς] *Pro meritis hanc mercedem tulit, ut ejus memoria benevole colatur, ipseque tanquam tutelare numen precibus invocetur.*

v. 275 sq. γένος — οὐ στέργει πόλις] „Ut Homerum atque *Pindarum* ἐξεύχεσθαι sensu *declarandi* adhibuisse notae docent ad *Hesychium*, qui et εὔχεσθαι inter alia expl. per λέγειν, sic quoque *Noster*. Verba καὶ λέγοις πρόσω respiciunt v. 264. πρὸς ταῦτ' ἀμείβου. Ubi cum Regis sermonem plura interrogaturi interpellarint Virgines, is nunc hic continuatur. Addit Rex, μακρόν γε μὴν δὴ ἔρχειν οὐ στέργει πόλις. Ut nempe Lacones, sic Argivi breviloquentiam colebant. *Pind.* Isthm. VI. v. 87. τῶν Ἀργείων τρόπον εἰρήσεταί που κ' ἐν βραχίστοις, ubi Schol. De v. ἔρχειν vid. quae *Hemsterh.* ad *Luc. Nigr.* c. 11. Respicitur in his ad ea, quae v. 57 sq. Chorus dixerat. γνώσεται δὲ λόγους τις ἐν μάκει, illos nempe, quos inde a v. 41. narravit." *Abresch.*

v. 279. καὶ ταῦτ' ἀληθῆ — λόγῳ] „Respondent haec, quae Chorus v. 53 sqq. πάτερ νῦν ἐπιδείξω πιστὰ — ἀέλπτα περ ὄντα φανεῖται; ubi τὰ τ' ἀνόμοια peculiariter referri videtur velle ad disparilem et diversum a Graecarum mulierum habitum. v. 282 sqq. Sensus verborum prioris versus, quem habemus prae manibus, est, tanquam scriptum legeremus, ποιήσω ταῦτα, ἃ λέγω ἀληθῆ προσφῦναι τῷ λόγῳ. *Efficiam, cuncta haec, quae dixero, vera esse appareat. Arist.* Nub. v. 371.: Νὴ τὸν Ἀπόλλω τοῦτό (sic pro τοῦτῳ leg. cum *Rich. Dawes.* Misc. Crit. p. 226.) γε τοι τῷ νυνὶ λόγῳ εὖ προσέφυσας." — *Abresch.*

v. 280 sq. ἄπιστα — γένος] *Incredibilia sunt, hospites, quae vos narrare audio, istud vestrum genus Argivum esse.* τόδε pronuntiatur δεικτικῶς, q. d. *vos tales quales video, Argivas esse.*

v. 285. Κύπριος χαρακτήρ] „Quum notissima hujus nominis insula huc non conveniat, intelligam de Cypro Libyae, cujus apud *Steph. Byzant.* mentio. πέπληκται valet,

valet, ἔωθε πλήττεσθαι. Subſequitur Ἰνδούς τ' ἀκούω νομάδας ἱπποβάμοσιν εἶναι καμήλοις ἀστραβιζούσαις, χθόνα παρ' Αἰθίοψιν ἀστυγειτονουμένας. Adſcripſit his *Scaliger*: ἱπποβάμονας. Si retines ἱπποβάμοσι lege ἀστραβιζούσας, ſi retines ἀστραβιζούσαις lege ἱπποβάμονας. Quid ſi, ſublato commate, quod ſeparat χθόνα ab ἀστραβιζούσαις, legamus ἀστυγειτομένους, conſtructio ut ſit, ἀκούω τε (τοὺς) Ἰνδοὺς νομάδας ἀστυγειτονουμένους εἶναι (τοῖς) ἱπποβάμοσιν (ἐπὶ) καμήλοις ἀστραβιζούσαις χθόνα παρ' Αἰθίοψιν, et ſenſus ſub his verborum involucris, *eſt et commercium, ut audio, Indis Nomadibus et Aethiopibus, ut adeo ex utriusque gentis conjugio vos prognatas quispiam ſuſpicari poſſet.*" *Abreſch.*

v. 287. ἱπποβάμοσιν] „Scholiaſtes ἵπποις εὐκυίαις κατὰ τὸ τάχος, *equis celeritate pares*, eſt itaque ἱπποβάμων, quod olim a Scaligero obſervatum adverſus Titium lib. 4. c. 21. *non qui equo inſidet, ſed qui equinam βάσιν habet et quadrupedanter incedit ut Centaurus.* Recte addidit vir doctiſſimus, *ut Centaurus*, quippe de iis uſurpatur Sophocli in Trachiniis:

Διφυῆ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν
Θηρῶν —

Verba ſunt de pugna Herculis cum Centauris, quam fuſius deſcribit Apollodorus lib. 2. Quod vero inficiatur vir incomparabilis τὸ ἱπποβάμων de eo accipi, qui equo inſidet, vereor ne hoc nimis late dictum ſit, cum ſenſu illo de Arimaſpis uſurpet Aeſchylus in Prometheo,

— τόντε μούνωπα στρατὸν
Ἀριμασπὸν ἱπποβάμονα —
— *et unoculum exercitum*
Arimaſporum equeſtrem —

quos Aeſchylus ἱπποβάμονας Arimaſpeorum autor ἀφνείους ἵπποις dixit." *Stanl.* Erfurdtius ad Sophocl. Trachin. p. 351. ἱπποβάμοσιν explicat: *quibus inequitant homines equorum inſtar.*

v. 288 sq. ἀστραβιζούσας — ἀστυγειτονουμένας] „Ἀστραβὴν ephippium sive *sellam equestrem* significare plenissime constat, tum ex *Suidae* et *Hesychii* auctoritate, tum ex exemplis e Demosthene, Luciano, et Machone comico apud *Athenaeum* ab *H. Stephano* in Thesauro suo congestis. Hac autem interpretatione admissa astruitur plane ac stabilitur Stanleji emendatio reponentis ἀστραβιζούσας, cum ipsas mulieres, non earum tantum reculas, quod Pauwio aliorum inventis semper iniquiori visum est, camelis vectas satis clare indicetur. Nec minus erravit idem vir doctus, quando infinitivum εἶναι arctius cum νομάδας copulari debere putavit; certissime enim a verbo ἀκούω pendet, et constructio ita instituenda est: Ἀκούω τε εἶναι Ἰνδοὺς νομάδας. Infelicissime vero ei cessit nimia in voce ἀστυγειτονουμένας exponenda subtilitas. Revera enim ἀστυγείτων, prout in Thesauro suo monet *H. Stephanus*, generalius ponitur et voci Latinae *finitimus*, *conterminus*, respondet, nec vicinarum urbium aut regionum unam alterâ magis respicit, prout ex loco ab illo allato ex Plutarchi Romulo p. 32. E. edit. *Paris.* ἀστυγείτονα τῆς Ῥώμης πόλιν manifeste patet. Ibi enim ἄστυ, si ad alterutrum, ad Romam potius quam ad πόλιν referri debere satis declarat ipsa orationis indoles. Hinc etiam nova emendationi *Stanlejanae* accedit confirmatio. Accusativus enim χθόνα ut ab ἀστραβιζούσας pendeat necesse est, cum verbum ἀστυγειτονεῖσθαι, si nomen quod immediate regat subjicitur, dativo, nunquam vero accusativo jungatur. Ita igitur totum locum verte: *Indasque esse audio nomadas, quae camelis equinum gressum habentibus vectae per terram equitant, Aethiopibus conterminas.* Comma proinde post ἀστραβιζούσας tollendum est, et post χθόνα transponendum; ἀστραβίζειν vero transitive juxta eandem qua ἱππάζεσθαι analogiam accipitur." *Heath.*

Cum ἀστραβὴ partim *clitellas* significet, partim etiam *mulum farcinis onustum*, cui clitellae imponuntur, ἀστραβίζειν proprie est, *jumento farcinis onusto vehi*, et καμήλοις

λοις ἀστραβίζουσαι vel ſimpliciter notat *onuſtis camelis vectae*, ſ. *inequitantes*, vel *camelis ſic inequitantes*, *ut aliae gentes mulis*. Sed ἀστραβιζούτας tranſitive cum χθόνα conſtruere nolim; quamvis etiam Scholiaſtes ita acceperit: καμήλοις νωτοφορουμέναις κατὰ τὴν χθόνα. Praeſtat χθόνα cum ἀστυγειτονουμένας jungere; ſi accuſativus non placeat, χθονὶ in promtu eſt emendare. Ceterum Ex. Aurati habet ἀστυγειτονουμέναν.

v. 290. κρεοβότους] Sic pro vulg. κρεοβρότους jam Scaligerum emendaſſe teſtatur Abreſchius, ipſe κρεοβόρους legendum opinatus.

v. 292. διδαχθεὶς ἂν] Non male Abreſchius διδαχθεὶς δ' ἄν.

v. 299. παλλαγμάτων] Quod Stanlejo placebat, παλαισμάτων, ita ut hoc pro κλινοπάλη ſ. *Veneris colluctationibus* uſurparetur, id h. l. parum decorum eſſet. Etſi enim pro ſimplicitate iſtorum temporum, ne virgines quidem erubeſcunt vocabula in hac re propria, ut μιχθῆναι, uſurpare, parum tamen verecundum fuiſſet, vocabulis comicis aut laſcivis adverſus virgines haud abſtinere.

v. 301. Βοῦν τὴν] Vulgatam lectionem Βούτην nullo modo tolerari poſſe, vel hoc evinceret, quod poſtea demum v. 305 ſqq. de Argo agitur, niſi etiam ſequens verſiculus 302. Βοῦν τὴν unice verum eſſe argueret.

v. 302. πελάζει Ζεὺς ἔτ' εὐκραίρῳ βοΐ] Ita emendavi vulgatum ἐπ' εὐκραίρῳ βοΐ. *Num etiam poſtea, quam Io in vaccam mutata erat*, vel num *adhuc vaccae Jupiter appropinquavit?*

v. 303. πρέποντα] „Lectio recentiorum editionum πρέποντα ταύρῳ δέμας, pro εἰς ταῦρον βούθορον. Sed πρέποντα, quod eſt in Turn., haud eſt ſpernendum pro ὅμοιον et εἰλαχθέντα *aſſumta tauri ſpecioſi forma.*" *Abreſch.*

v. 309.

v. 309 ſqq. Βοηλάτην — — —] Aptius mihi videor hos verſiculos inter perſonas diſtribuiſſe. Vulgo enim ſic:

ΧΟΡΟΣ.

Βοηλάτην μύωπα, κινητήριον,
Οἶστρον καλοῦσιν αὐτὸν οἱ Νείλου πέλας.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Τοιγάρ νιν ἐκ γῆς ἤλασεν μακρῷ δρόμῳ.

ΧΟΡΟΣ.

Ναί· ταῦτ' ἔλεξας πάντα συγκόλλως ἐμοί.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Καὶ μὴν Κάνωβον κἀπὶ Μέμφιν ἵκετο;

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ Ζεὺς ἐφάπτωρ χειρὶ φιτύει γόνον.

v. 314. φιτύει] Scaliger et Canter corr. φιτεύει.

v. 315. τίς οὖν — εὔχεται βοός;] „Feſellit tam heic, quam v. 19. quo haec ſpectant, interpretem vera notio τοῦ εὔχεσθαι, quae hujus eſt loci. Reddi debebat, *quomodo igitur vocatur Jovialis vitulus?* aut *quodnam Joviali vitulo nomen eſt?* In τί ſuppleri poterit ὄνομα. Vid. ad *Thuc.* L. VI. c. 36. Perſonarum indicem ad *Arnaudtii* mentem mutandum puto." *Abreſch.*

v. 321. τὸ πᾶν σαφῶς] Vulg. τὸ πάνσοφον, in quo explicando fruſtra ſe torſerunt Stanlejus et Pauwius depravatum nobis videtur ex τὸ πᾶν σαφῶς, ut paulo poſt ait ἐμφανεῖ λόγῳ. Sic nunc σαφῶς — φράσον. Ex. Aur. habet παγσαφὲς.

v. 322 ſqq. Δαναὸς — γένος] Vulgatam lectionem

Δαναὸς δ' ἀδελφός ἐστι πεντηκοστόπαις
Καὶ τοῦ γε Δαναοῦ τοὔνομ' εὐφώνῳ λόγῳ
Αἴγυπτος. — —

etſi

etſi Stanlejus videri poterat ſic ſatis bene emendaſſe:

Δαναός· ἀδελφὸς δ' ἐστὶ πεντηκοστόπαις
Καὶ τοῦ γε Δαναοῦ τοὔνομ' εὐφώνῳ λόγῳ
Αἴγυπτος,

multo tamen praeſtabilior eſt illa, quam editio Glasg. exhibet, ſive eam editor ex codice aliquo hauſerit, ſive ſua ut alius Critici, neſcio cujus, conjectura indagatam receperit:

ΧΟΡΟΣ.

Δαναὸς ἀδελφὸς δ' ἐστὶ πεντηκοστόπαις.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Καὶ τοῦδ' ἄνοιγε τοὔνομ' εὐφώνῳ λόγῳ.

ΧΟΡΟΣ.

Αἴγυπτος — —

Scaliger conjecerat καὶ τοῦ γ' ἀδελφοῦ.

v. 326. Δοκεῖτε δή μοι τῆσδε] Edit. Glasg.:

Δοκεῖτ' ἐμοί γε τῆσδε.

v. 329. αἰολ' ἀνθρώπων κακά.] „Eadem ſententia apud Euripidem in Ione:

Πολλαί γε πολλοῖς εἰσι συμφοραὶ βροτῶν
Μορφαὶ δὲ διαφέρουσι." — *Stanl.*

v. 331 ſqq. ἐπεί τις — γάμων] *Quis enim unquam putaſſet fieri poſſe, ut haec inſperata fuga nobis accideret, ut nos*, antiqua *generis origine vobis conjunctae Argos appelleremus, odio nuptiarum* cum Aegypti filiis *in timorem conjectae?*

v. 335. τί φῄς ἱκνεῖσθαι] Abreſchius vel

τί φῄς μ' ἱκνεῖσθαι τ. α. θ.
quid me obſecras per hosce deos?

vel

τί φῄς σ' ἱκνεῖσθαι
quid te dicis obſecrare?

Sed

Sed utraque conjectura inutilis. Senſus eſt: *Quid ais te petere a diis hisce certaminum praeſidibus, ramos recens decerptos laneis vittis ornatos manibus tenens?*

v. 336. ὡς μὴ — γένει] *ne in poteſtatem veniam Aegypti filiorum*, ipſis ſcil. nubendo.

v. 338. τίς δ' ἂν φίλους ὠνοῖτο τοὺς κεκτημένους] *Quis vero* quaeſo, *propinquos* dote ſua *dominos emat?* Praeſchius φίλους quaſi pro κατὰ φιλίαν poſitum eſſe arbitratur, quo quidem interpretationis anfractu nihil opus eſt. Danaidum potius reſponſum duplicem habet vim. Significant enim, *partim* ſe odio (ἔχθρᾳ) patruelium duci, ut ab eorum nuptiis abhorreant, propterea quod matrimonium vi, non amore petant, quemadmodum pater ſupra v. 230. dixerat:

Πῶς δ' ἂν γάμων ἄκουσαν ἄκοντος πάρα
Ἁγνὸς γένοιτ' ἄν.

partim autem has nuptias ut inceſtas adeoque illicitas (τὸ μὴ θέμις) averſari, quoniam φίλοι ſint, *propinqui*, (patrueles ſcil.) quibus ob conſanguinitatem *nubere* neſas ſit. Utrumque igitur brevius eloqui non poterant, quam hoc modo:

Τίς δ' ἂν φίλους ὠνοῖτο τοὺς κεκτημένους;

v. 339. σθένος — βροτοῖς] At equidem patruelibus veſtris facile ignoſco, quod nuptias veſtras conſectentur, *ita enim robur et opes augentur mortalibus.* Noſtri dicerent: *So bleibt das Familien-Vermögen hübſch bey einander.* Cf. v. 390.

v. 340. καὶ δυστυχούντων γ' εὐμαρὴς ἀπαλλαγή] Stanl. interpretatur: *Etiam infelicibus facile toleranda mors eſt.* At enim haec ſententia prorſus nihil habet, quod ad antecedens Pelaſgi dictum pertineat. Imo potius hoc dicunt puellae: *Et ab infelicibus quidem facilis eſt diſceſſus;* h. e. ipſo, quod nobis modo dediſti, reſponſo ſatis oſtendiſti, nihil facilius eſſe, quam homines infelices, opem

et

et auxilium petentes, excusatione aliqua sic dimittere, ut te suppetias iis ferendi officio exsolvas. Nempe cum Danaides iniquum esse, se patrueles suos dominos emere, pronuntiassent, rex nihil aliud respondebat, quam Aegypti filiis hoc ad augendas opes conducibile esse. Id igitur sic accipiunt Danaides, quasi rex Aegypti filiorum postulatis calculum adjiciat, causasque anquirat, Danaidibus auxilium denegandi; id igitur molestе ferentes acerbe respondent:

καὶ δυστυχούντων γ' εὐμαρὴς ἀπαλλαγή.

Ey ja doch; und unglückliche Leute kann man leicht los werden, kann man leicht mit jeder Antwort abfertigen. Neque vero rex non assecutus est, quid his verbis innuerent puellae. Statim enim regerit:

πῶς οὖν πρὸς ὑμᾶς εὐσεβὴς ἐγὼ πέλω;

quasi diceret: *Satis intellexi me a vobis carpi, quod causam vestram deferere, et justum vobis auxilium recusare velle videar. Itaque dicite, quid faciendo vobis pietatem et justitiam praestare possim?* Ex. Aurat. habet εὐχαρὴς ἀπαλλαγή.

v. 342. Αἰτοῦσι μὴ 'κδοὺς παισὶν Αἰγύπτου πάλιν] Sic legendo constructio, in vulgata lectione μὴ 'κδῶς haud satis apte ex antecedentibus nexa, melius illis respondet.

v. 344. ἀλλ' ἡ δίκη γε ξυμμάχων ὑπερσπατεῖ] Stanlejus: *verum justitia auxiliatores tuetur.* ξύμμαχοι autem h. l. non sunt Argivi, quatenus Danaidibus opitulantur, sed refertur ad Deam Justitiam; haec dicitur *defendere commilitones suos*, h. e. eos, quorum justa est causa, amplecti, et ut superiores discedant efficere. Eodem fere modo v. 398. ξύμμαχον δ' ἑλόμενος δίκαν dicitur.

v. 345. εἴπερ γ' ἀπ' ἀρχῆς πραγμάτων κοινωνὸς ἦν] Stanlejus ἦν pro prima persona accepit, vertitque: *si quidem ab initio rerum particeps fuissem.* Quod quidem quo spectet, aut quam vim habeat, difficile est intellectu. Imo rectius ἦν tertia persona ad Δίκην deam refertur,

Pe-

Pelasgusque hoc significat: *Recte istud quidem, si nimirum Justitia statim ab initio causae alicui patrocinata fuerit.* Enimvero hoc ipsum regi dubium erat, annon Aegypti filii jure suo Danaidum nuptias ambiissent, cf. v. 390 sqq. ideoque eas jure quoque, si liberet, repetere possent.

v. 346. πρύμναν πόλεος] „πρυμνήτης Aeschylo rex dicitur, utpote qui gubernaculum reip. moderatur. Eumenid. v. 16.:

Δελφός τε χώρας τῆσδε πρυμνήτης ἄναξ,

ita et πρύμνη πόλεος pro summo Magistratu Sept. Theb. v. 2.:

Ὅστις φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ πόλεως
Οἴακα νομῶν. —

Quem locum respiciens Plato in Euthydemo, καὶ ἀτεχνῶς, ait, κατὰ τὸ Αἰσχύλου ἰαμβεῖον μόνη ἐν τῇ πρύμνῃ καθῆσθαι τὸν πόλεως, πάντα κυβερνῶσα καὶ πάντων ἄρχουσα, καὶ πάντα χρήσιμα ποιεῖν. Hic vero metonymice de Rege filiabus stipato accipitur." *Stanl.*

Ego vero minime Stanlejo concedo πρύμναν h. l. *regem ipsum* dici. Aliud est, cum rex seu princeps dicitur πρυμνήτης, *gubernator*, aut cum dicitur ἐν πρύμνῃ πόλεως οἴακα νωμᾷν, quemadmodum latine recte dicitur, *in puppi civitatis sedere et clavum tenere.* Sed ridiculum esset regem *puppim* πρύμναν dicere. Neque vero Robortelli lectionem probaverim, quamvis Abreschio placuerit:

Αἰδοῦ σύ, πρυμνὰ πόλεος, ὧδ' ἑστεμμένην.

Quin potius πρύμνα πόλεος h. l. appellatur ipse ἀγωνίων θεῶν πάγος, ad quem Danaides confederant. Et quia hic in extrema parte urbis, versus mare, situs erat, bene poterat dici πρύμνα πόλεος. Sensus igitur est: *Reverere, quaeso, puppim civitatis hoc modo coronatam;* h. e. *aras hasce, in extrema urbis parte sitas, sic ut vides, ramis et vittis, supplicum insignibus, ornatas.* Hanc interpretationem aperte confirmat sequens regis responsum: πέφρικα λεύσσων τάσδ' ἕδρας κατασκίους: in quo τάσδ' ἕδρας idem est,

eſt, quod puella πρύμναν πόλεος appellaverat, et κατασκίους nihil aliud quam quod illa per ἐστεμμένην ſignificaverat, cf. v. 356. Senſus igitur eſt: *Utique ſacro quodam horrore*, pia veneratione, *me perculſum ſentio* has deorum ἀγωνίων ſedes *ſic obumbratas*, h. e. *ramis vittisque contectas adſpiciens.*

v. 347. βαρύς γε μέντοι Ζηνὸς ἱκεσίου κότος] Hunc verſiculum aptius a Rege, quam a Choro, cui vulgo tribuitur, pronuntiari arbitror. Etenim Chorus quidem regem ut Jovem ἱκέσιον revereretur monere, non autem hic jam difertis verbis ejus iram et vindictam ei minari, niſi a modeſtia verborum recedendo, poterat. Regem vero ipſum optime decebat hanc iram Ζηνὸς ἱκεσίου verbis attingere. Simillimus locus v. 416.

v. 349. Παλαίχθονος τέκος] „Ut ſupra, v. 253.:

— Παλαίχθονος
Ἴνις Πελασγός." — *Stanl.*

v. 351. ἴδε με τὰν ἱκέτιν] Placet Stanleji emendatio, σὰν ἱκέτιν; utpote quae ſiduciam Danaidum in rege poſitam luculentius deſignat.

v. 352 ſqq. λευκόστικτον — μόχθους] *Reſpice me tibi ſupplicem, exſulem, errabundam, tanquam juvencam albis maculis diſtinctam* (ſ. *albo ſparſam*, ut Virgil Ecl. II. 41.) *in excelſis rupibus*, quorſum aberravit, *ubi auxilio freta mugit, labores ſuos paſtori ſignificans.* Dulciſſima ſane imago, mire animum movens! Probamus vero Valckenarii emendationem

ἡλιβάτοις, ἵν' ἀλκᾷ —

Quippe quae perpetuitatem deſcriptioni ac tenorem addit. λευκόστικτον exornandae tantum imaginis cauſa, ſine reſpectu ad albas virginum vittas. Μόχθοι de *aerumnis*, de *ancipiti fortunae conditione.*

v. 357. νέον δ' ὅμιλον] ut ſupra v. 249.: *novum hoc ſodalitium, quod ad deos certaminum praeſides confluxit.*

v. 358. ἀστοξένων] „Hesychius: ἀστόξενοι οἱ γένει μὲν προσήκοντες, ἐπὶ δὲ τῆς (γῆς) ἀλλοδαπῆς γεγονότες· οἱ δὲ τοὺς ξένους μὲν ὄντας, ἐπὶ τιμῇ δὲ ἀστοὺς γενομένους. Prior significatio huic loco convenit." *Stanl.*

Equidem in ἀστοξένων nihil aliud quam notionem *hospitum civitatis* quaerendam puto. *Utinam*, inquit Pelasgus, *negotium hospitum illarum, quae ad urbem nostram accesserunt, sine civitatis damno peragatur!*

v. 359. κἀπρομυθήτων] Ἀπρομύθητα essent, *de quibus non licuit colloquendo cum aliis, antea quam evenirent, consulere.* Donec de hujus vocabuli auctoritate certius constet, praestat cum Ald. et Rob. legere κἀπρομηθήτων i. q. καὶ ἀπρονοήτων. Heathius ἀπρομυθήτων ex vers. 345. illustrandum putat.

v. 361. ἄνατον φυγὰν] *innoxiam fugam*, quod nullius piaculi causa fugissent, s. ut supra v. 7. 8. dixerant,

οὕτιν' ἐφ' αἵματι δημηλασίᾳ
ψήφῳ πόλεως γνωσθεῖσαι.

v. 363. παρ' ὀψιγόνου μάθε γέρων ὢν] „Ita Choëph. V. 169.:

Πῶς οὖν παλαιὰ παρὰ νεωτέρας μάθω." *Stanl.*

Syllabae defectum non male supplevit Heathius, particulam περ inter γέρων et ὢν interserciendo. Sed fortasse in scriptura ed. Ald. γεραφρόνων verior lectio latet quasi γέραια φρονῶν.

v. 364 sqq. ποτιτρόπαιον — ἀγνοῦ] Quamquam absque codicum praesidio lacuna expleri non potest, propius tamen ad sententiam, quam superioribus contigit interpretibus, accessisse conjectando nobis videmur. Post versiculum scilicet 363.:

σὺ δὲ παρ' ὀψιγόνου μάθε γέρων περ ὤν,

colo distinguendum est; ita ut ποτιτρόπαιον αἰδόμενος non cum antecedentibus, ut ab imperativo μάθε suspensum, copuletur, multo minus cum Stanlejo vertatur: *Tu vero a se-*

a ſerius genita ſenex exiſtens diſce ſupplicem revereri; quod per conſtructionem fieri non poteſt; quamquam Abreſchius quoque μάθε αἰδόμενος pro μάθε αἰδεῖσθαι dictum putat; ſed potius in verbis ἱκεσίους etc. ineſt locus communis, ſeu praeceptum ethicum, quod Chorus regem, quamvis ſeniorem, ab ipſis adoleſcentibus diſcere jubet. Et quantum ex mutilatae ſcripturae reliquiis divinare licet, praeceptum erat hoc: *Quicunque ſupplicem reveretur, nunquam ad inopiam* vel *ancipitem rerum ſuarum conditionem redigetur; ab ejusmodi potius homine puro* (ἀπ' ἀνδρὸς ἁγνοῦ) *ſacrificia diis propitiis grata et accepta pacem deorum et benevolentiam ipſi expoſcent.* Sane ubi nunc vulgo legitur:

Ποτιτρόπαιον αἰδόμενος οὕπερ,

ibi Scholiaſtes legiſſe videtur:

Ποτιτρόπαιον αἰδόμενος οὐκ ἀπορεῖς,

Quod enim nunc inter ſcholia legitur: Αἰδόμενος] οὐ πτωχεύσεις, certum eſt, hanc explicationem οὐ πτωχεύσεις non ad αἰδόμενος pertinere, ſed ad verbum rectum, quod vel in οὕπερ latet, vel alio loco in litura cubat.

v. 368 ſq. οὗτοι — ἐμῶν] *Profecto ſi ad meam domum ſupplices acceſſiſſetis, ſcirem quid a me officium et humanitas poſtularet; nunc cum non ad meos Lares, ſed ad publicum urbis locum confugeritis, non meum ſolius negotium, ſed univerſae civitatis eſt, curare, ne quid forte resp. detrimenti capiat, ſi ſpretis ſupplicum precibus piaculum contrahatur.* οὗτοι κάθησθε — ἐμῶν falſo Stanl. reddidit: *ne ſedeatis incolae aedium mearum;* vertere debebat: *atqui haud ſedetis ad mearum aedium focum lararium.*

v. 371. ἐγὼ — πάρος] *Ego vero nec promittere ſine populo aliquid poſſum; nec ſi, promiſiſſem, perficere ante auderem, quam hoc negotium cum omnibus civibus, cum toto populi concilio communicaſſem.* Hanc ſententiam brevius, quam latinus ſermo imitari poteſt, enuntiavit poëta.

v. 373 ſqq. σύ τοι — φυλάσσου] *Tu igitur civitas, tu populus es*, (h. e. tu igitur civitatis, tu populi perſonam geris) *et princeps nullius judicio obnoxius, praes altari, civitatis foco larario.* Suſpicor tamen antiquitus ita lectum fuiſſe:

Σύ τοι πόλιν, σὺ δέ τε δήμιον,
Πρύτανις ἄκριτος ὤν,
Κρατύνεις βωμόν, ἑστίαν χθονός·

Tu igitur civitati, tu vero etiam, nullius judicio obnoxius, publicae arae praes, communi civitatis foco larario. Quod autem Chorus βωμὸν appellat ἑστίαν χθονός, reſpicit id, quod rex dixerat, οὗτοι καζῆσθε ὁωμάτων ἐψέστιοι ἐμῶν. Nempe ſcrupulum hunc regi cupiunt evellere, ita ut, quoniam ad communem aram civitatis confugerint, cujus rex ipſe praeſes ſit, ſe in ejus clientela eſſe ſignificent.

v. 374. πρύτανις ἄκριτος ὢν] „Ἄκριτος, id eſt, *qui non obnoxius eſt reddendae rationi rerum a ſe geſtarum, non ſubditus populi judicio.*" *Stanl.*

v. 376 ſqq. μονοψήφοισι — ἐπικραίνεις] *Tu tuo ipſius nutu, in ſolio regio conſtitutus ſceptrumque ſolus gerens, omnia negotia adminiſtras.*

v. 379. ἄγος — παλιγκότοις] *Piaculum quidem hoſtibus meis contrahatur velim.*

v. 380. βλάβης ἄτερ] i. e. absque damno vel ſaltem periculo ab hoſtili Aegypti filiorum incurſione metuendo. Cf. v. 342. 358 ſq.

v. 382 ſq. καὶ φόβος — ἑλεῖν] *Timor autem animum meum occupat, ut faciamne an non faciam dubitem, verearque me ancipiti fortunae committere.*

v. 384 ſqq. τὸν ὑψόθεν — ἐννόμου] *Reſpice quaeſo* (Jovem) *aerumnoſorum mortalium cuſtodem et patronum e coelo* cauſam eorum *reſpicientem, qui, cum ſupplices ad propinquos confugerint, jus ſuum legibus conſtitutum impetrare*

trare haud valent. οἱ πέλας non ſunt *vicini loco*, ſed potius *propinqui cognatione.*

v. 385 ſq. μένει τοι — οἴκτοις] Stanl. vulg. vertit: *permanet quidem Jovis ſupplicum praeſidis ira in difficulter dimulcendis patientis aerumnis.* Enimvero metrum pariter ac ſententia poſtulat, ut legamus:

Μένει τοι Ζηνὸς Ἱκταίου κότος
Δυσπαράθελκτος παθόντος οἴκτοις.

Nimirum Jovis ſupplicum praeſidis ira querelis hominum miſerorum, oppreſſorum et cum injuria conflictantium, conſtans adeſt, aegre (his, qui eos contemſerint) *placabilis.* Hanc rationem confirmat Scholiaſtes ſic exponens: τοῖς θρήνοις τῶν πασχόντων συμμαχεῖ ὁ τοῦ Διὸς χόλος. Et qui h. l. dicitur κότος ὀυςπαράθελκτος, idem v. 348. βαρὺς κότος vocabatur.

v. 391 ſq. νόμῳ πόλεως φάσκοντες ἐγγύτατα γένους εἶναι] „Reſpicit legem hanc Atticam προσῆκον εἶναι αὐταῖς μετὰ τῶν χρημάτων τῷ ἐγγύτατα γένους συνοικεῖν, apud Iſaeum in Orat. ad Xenaenetum. Solonis fuiſſe tradit Diodorus Bibliothecae lib. 12. ἐκέλευε γὰρ (Solon) τῇ Ἐπικλήρῳ ἐπιδικάζεσθαι τὸν ἔγγιστα γένους." *Stanl.*

v. 393. Φεύγειν] „Canterus Φαίνειν. Verum hic Φεύγειν accipi videtur ſenſu forenſi, *quod ſi actores in te hanc litem intentent, oportet inſtar reae, hac defenſione uti, quod nullum in te jus habeant.*" *Stanl.*

κατὰ νόμους τοὺς οἰκοθεν, i. q. antea νόμῳ πόλεως. *Si patrueles hac in cauſa ad leges urbis ſuae provocent, tuum erit, ut demonſtres, ſecundum easdem illas leges domeſticas, nullum in te jus ipſis competere.*

v. 396. ὑπάστρῳ δέ τοι] „Ita legendum ut conveniat cum Φυγῇ. Metaphora a nautis ducta. Heſychius, Ἄστροις σημειοῦσθαι· μακρὰν ὁδὸν καὶ ἐρήμην βαδίζειν, ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν πλεόντων." *Stanl.*

In vulg. lectione ὁρίζομαι, ſic exponenda eſſet ſententia,

ὑπάστρῳ δέ τοι
Μῆχαρ ὁρίζομαι γάμου δύσφρονος
Φυγᾶς.

in fuga vero maritima quaero et conſtituo infelicium nuptiarum remedium. ὕπαστρος φυγὰ ſcil. dicitur iter maritimum, in quo ſtellis uſae fuerant ducibus. Sed aptius et conſilio Danaidum convenientius legas ὅριζέ μοι, quod nunc recepi, ut tota haec oratio ad regem convertatur. *Tu vero ſic decerne, ut in fuga maritima vere inveniam infelicium nuptiarum remedium; commilitonemque ſumens Juſtitiam hanc cauſam dijudica — —.* Petunt igitur Danaides a rege, ut quantum in ipſo ſit, fugae fructum ſupplicibus praeſtet, neve committat, Aegypti filiis eas dedendo, ut totum hoc iter maritimum fruſtra ſuſceptum ſit. Cf. v. 740., ubi Chorus, adeſſe jam navem a patruelibus miſſam certior factus, jam ſibi omnem ex fuga fructum periiſſe queritur:

Πολυδρόμου φυγᾶς ὄφελος οὔ τι μοι.

v. 399. κρίνε σέβας τὸ πρὸς θεῶν] vel cum Stanlejo reddendum: *judica prout exigit deorum reverentia;* niſi breviloquentia te offendat paululum duriuſcula; vel τὸ πρὸς θεῶν σέβας, per oppoſitionem cum Δίκαν jungendum, *majeſtatem a diis conſtitutam.* Sic de eadem Juſtitia Choëph. v. 640.: τὸ πᾶν Διὸς σέβας παρεκβάντες ἀθεμίστως.

v. 401. εἶπον δὲ καὶ πρὶν] v. 371 ſq.

v. 402. μὴ καί ποτε] Sic Porſonus edidit. Vulgata: καὶ μήποτε εἴπῃ λεώς, ut populares noſtri: *und das Volk ſoll nie ſagen, daſs — —*

v. 403. εἴ που τὶ μὴ τοῖον τύχῃ] „pro μὴ ἀγαθόν· ſenſu ſcil. ita ſuadente accipi. Heſychius τοῖον, οὕτως ἀγαθόν. Eun-

Eundem praeſtat uſum ἄλλο in loquendi formula εἴ τι ἄλλο συμβαίη." *Abreſch.*

v. 405 'Αμφοτέρους ὁμαίμων τάδ' ἐπισκοπεῖ] In hac lectione τάδε non habet unde pendeat. Itaque legendum arbitror:

'Αμφοτέροις ὁμαίμων τάδ' ἐπισκοπεῖ
Ζεὺς — —

Utrique patruelium parti, nempe tam nobis Danaidibus, quam Aegypti filiis *cognatus* Jupiter haec *inquirit ac disceptat*; ὁμαίμων enim hic nominativus eſt, non genitivus plur. ab ὅμαιμος.

v. 406. Ζεὺς ἑτεροῤῥεπὴς verti quidem poteſt *in alteram partem inclinans*, non tamen hoc ſenſu, ac ſi Jupiter uni parti magis faveat quam alteri, quod eſſet ab ejus juſtitia alieniſſimum; ſed ἑτεραῤῥεπὴς notat tantum eum, qui trutinam verſat, et utriusque partis meritis penſitatis, id quod cuique debetur, appendit. Noſtri: *der den Ausſchlag gibt.*

v. 406 ſq. νέμων εἰκότως ἄδικα μὲν κακοῖς, ὅσια δ' ἐνόμοις] *tribuens ut aequum eſt malis injuſtitiae, juſtis autem ſanctitatis praemia.* Nimirum ἄδικα νέμειν non eſt, *injuſte cum aliquo agere*, ſed, *facere ut cauſa cadat adeoque in foro injuſtus appareat.* Sic τὸ ἧσσον ἀδικίαν νέμειν ἀεὶ dicitur Minerva Eurip. Suppl. v. 379.

v. 408 ſq. τί — μεταλγεῖς τὸ δίκαιον ἔρξαι] *Quod* (Jovis) *judicium cum aequato libramine conſtet, cur te quaeſo piget juſtitiam exercere?*

v. 410 ſqq. δεῖ τοι — δεδορκὼς ὄμμα] Vulgo praeeunte ſcholiaſte conſtructionem verborum ſic inſtituunt: δεῖ τοι δεδορκὸς ὄμμα ἐς βυθὸν μολεῖν Φροντίδος σωτηρίου δίκην κολυμβητῆρος, quae ratio multum certe praeſtat Stanleji interpretatione: *Opus quidem eſt profunda cura ſoſpitatoria*; inſtar urinatoris *in imum pervenire* (oportet) *perſpicacem*

ſpicacem oculum. At ſi diligentius univerſae imaginis conformationem exploraveris, vereor ne non ſatis recte dicatur ὄμμα μολεῖν ἐς βυθὸν βαθείας φροντίδος. Cum enim hic *oculus* metaphorice pro *mente* ponatur, recte quidem oculus dicitur in profunditatem periculi introſpicere; minime vero ἐς βυθὸν βαθείας φροντίδος μολεῖν. Nam haec βαθεῖα φροντὶς ad ipſam oculorum aut mentis aciem pertinet, acremque attendendi et inveſtigandi vim ſignificat. Melius fuerit igitur ſic verba ordinare: δεῖ τοι βαθείας φροντίδος σωτηρίου δεδορκὸς ὄμμα ἐς βυθὸν μολεῖν. Niſi forte magis placeat ſic emendare:

Δεῖ τοι βαθείας φροντίδος σωτήριον
Δίκην κολυμβήτῆρος ἐς βυθὸν μολεῖν
Δεδορκὸς ὄμμα.

Neceſſe eſt igitur, ut oculus acriter intentus, profundamque curam et attentionem ſervans urinatoris inſtar in profundum (periculi) *deſcendat*, ſ. *introſpiciat*. Jam alibi obſervavimus, Aeſchylum adjectiva in ηρος deſinentia cum genitivo conſtructa frequentare. Sic v. 450. verba θυμοῦ κνιστήρια dicuntur *iram* irritantia, et v. 451. μῦθος μύθου θελκτήριος *oratio ad expiandum* ſ. *molliendum alterius ſermonem idonea*. Et quamquam βαθεῖα φροντὶς σωτήριος recte dicitur *profunda cura et cogitatio ſalutaris*, haud minus commode tamen ὄμμα βαθείας φροντίδος σωτήριον dici poteſt *oculus acerrimam attentionem ſervans*.

v. 412. μὴδ' ἄγαν δινώμενον] Hac imagine pulcherrime abſolvitur coepta ſimilitudinis tela. δινώμενον ſ. δινούμενον p. o σκοτοδινούμενον ſ. ἰλιγγιῶν. Vertigine corripiuntur oculi in altam profunditatem deſpicientes. Opus igitur eſſe monet mentis acie, quae ad magnitudinem periculi haud caliget. Germanice ſic reddiderim:

So muſs das Auge dann mit ſcharfem Blick
Und hohe Späherkraft bewahrend,
Dem Taucher gleich, von Schwindel frey,
Hinab in dieſe Tiefe dringen.

Vul-

Vulgata lectio οἰνωμένον, ſ. ut Porſonus edidit, ὠνώμενον, quamquam quodammodo de *oculis ex ebrietate caligantibus* accipi poteſt, imaginem tamen praebet h. l. minus accommodatam.

v. 413. ὅπως ἄνατα ταῦτα] Jam ſatis dilucide, cur iſta acerrima attentione opus ſit, declarat, ut neceſſe non eſſet τὴν βαθείαν φροντίδα jam antea *ſalutarem* ſ. σωτήριον appellare.

v. 415. καὶ μήτε δῆρις ἐυσίων ἐφάψεται] Stanl. vertit: *et neque pugna ſupplices attinget.* Jam ἔυσια quidem h. l. ad ſupplices ſ. Danaides refertur, preſſius tamen erat ac finitius interpretandum. Ῥύσια dicuntur ſupplices, quaſi *pignora*, quatenus Aegypti filii jus eas ſibi vindicandi, et ubi inveniſſent, abducendi affectabant. Hoc itaque vult regis dictum: *et ut neque bellum* ab Aegypti filiis vos *tanquam* ſuis *vindiciis obnoxias perſequatur.* Eodem ſenſu v. 427 ἐυσιάζεσθαι ponitur; iterumque v. 731. occurrit ἐυσίων ἐφάπτορες. Cf. v. 919.

v. 416. ἐν θεῶν ἕδραισιν] Cf. v. 192. 245 ſq.

v. 416 ſqq. τὸν πανώλεθρον — ἐλευθεροῖ.] *neve ſi vos, quae ad haſce deorum aras ſupplicum ritu confugiſtis, hoſtibus dedamus, nos deum, qui omnia perdere valet, gravem ultorem civitati noſtrae accerſamus*, cujus vindicta *hominem etiam ad inferos usque perſequitur*, ſ. *qui ſontem ne mortuum quidem in orco liberat.*

βαρὺς ἔυνοικος] Sic Eumenidum Chorus v. 710.:

βαρεῖα χώρᾳ τῇδ' ὁμιλήσω πάλιν.

v. 420. μῶν οὐ δοκεῖ δεῖν φροντίδος σωτηρίου;] *Nonne igitur vobis videtur opus eſſe magna cura et providentia, ut ſalvi ex hoc negotio diſcedamus?* Hic profecto epitheton σωτηρίου *ſalutaris* optime convenit, et fortaſſe librarius quidam v. 410. φροντίδος σωτήριον, ut illum locum huic ſimilem redderet, in φροντίδος σωτηρίου mutavit.

v. 421 ſqq. φρόντισον — ἔχων χθονός.] *Utique curam intende, nobisque juſtus eſto et pius patronus, ne fugitivas*

nos prodas, impia patruelium *vi in exsilium actas, et e terra procul hinc diffita huc appulsas; neque me finas ex hac sede compluribus diis communi in servitutem vindicari, o rex, penes quem summum est hujus terrae imperium.*

v. 422. πρόξενος non est *hospes*, ut Stanl. intp., sed hospitum patronus, alias προστάτης. Eodem sensu v. 921. recurrit.

v. 424. ἐκβολαῖς δυςθέοις] *Expulsas* se dicunt, quod violenta procorum ambitione essent fugere coactae.

v. 425. ὁρμένναν] Hoc recepimus metri causa auctore Porsono.

v. 429 sq. γνῶθι — κότον] *Cogita vero impudentem horum juvenum lasciviam, eorumque ab ira tibi cave;* h. e. vide quomodo iratorum vim propulses. Κότον enim h. l. non de Jovis ira cum Schol. et Stanl., sed de patruelium ira accipiendum. Cf. v. 747. 766.

v. 431. μήτι τλαίης] Sensus: *Neque vero patiaris nos supplices ab hisce deorum statuis invita justitia equorum instar abstrahi, nec conniveas videns vittarum nostrarum et peplorum artificiose textorum prehensionem.* Praeco enim infra se puellas, ni sponte se sequantur, vestibus v. 903. et capillis v. 910. abstracturum minatur. Ceterum Spanhem. e cod. Reg. citat lectionem:

ἀίσταν κατιδεῖν, μήτι τλαίης.

v. 437. ὁπότερ' ἂν κτίσῃς] ἴσθι γὰρ, ὁπότερ' ἂν τάδε παισὶ καὶ ὁμοίοις κτίσῃς, μένει (αὐτοῖς) ἀποτίνειν ὅμοιαν θέμιν. *Scito enim, qualiacunque haec* litem nostram dirimendo) *liberis et aedibus* (h. e. civitati) *paraveris, certum esse his impendere, ut eadem jura ipsis retribuantur*, adeoque injuriam nobis factam simili injuria accepta luant. Apte hic ad partes vocavit Abreschius Horatium Lib. I. Od. XXXVIII. v. 30 sqq.:

Negligis immeritis nocituram
Post modo te natis fraudem committere, forsan
Debita jura vicesque superbae
Te maneant ipsum.

v. 438.

v. 438. ἀποτίνειν] Metri cauſa ſic reſcripſi pro vulg. ἀντιτίνειν. Et ἀποτίνειν hic ad ſenſum aptius eſt, quia ſignificatio praepoſitionis ἀντὶ jam ineſt in ὁμοίαν.

v. 439. ὁμοίαν οὖν θέμιν] Particulam οὖν inſerui et metro convenientem et vinciendae ſententiae idoneam.

v. 440 ſq. τάδε — κράτη] Haec igitur *juſta Jovis imperia*, ſeu *divina Jovis jura cum ſumma judicis, ea tuentis, potentia conjuncta, diligenter conſidera et perpende.*

v. 441. καὶ δὴ πέφρασμαι· δεῦρο δ' ἐξώκειλά τοι] Quoquo te vertas, vulgat. ἐξοκέλλεται, non ſic explicabis, ut tibi ipſe ſatisfacias. Scholiaſtes quidem intp. οὕτως ἀποβαίνει, et Stanl. *huc vero res pervenit.* Sed hoc optare potius eſt, quam interpretari. Exquiſitius aliquid latere nobis videtur. Reſcripſi igitur:

δεῦρο δ' ἐξώκειλά τοι,

huc ſcilicet (nempe *in hanc neceſſitatem*) *appuli.* [Sic] de eadem re v. 473.:

Ἄτης δ' ἀβυσσον πέλαγος οὐ μάλ' εὔπορον τόδ' ἐςβέβηκα.

Paullo aliter de Helena apud Euripidem Troad. v. 137. Hecuba:

Πρίαμον, ἐμέ τε μελέαν Ἑκάβην
Ἐς τάνδ' ἐξώκειλ' ἄτην.

v. 442 ſq. ἢ τοῖσιν ἢ τοῖς — ἀνάγκη] *aut cum his* (diis) *aut illis* (Aegypti filiis) *magnum mihi bellum gerundi ſumma neceſſitas imponitur.*

v. 443 ſq. καὶ γεγόμφωται, σκάφος στρεβλαῖσι ναυτικαῖσιν ὡς προσηγμένον] Hanc ſimilitudinem parum dilucide adhuc ab interpretibus enarratam ſic intelligo, ut eam a nave jam clavis omnibus et cuneis compacta, ſic ut mox navalibus exire *(vom Stapel gelaſſen werden)* poſſit, ductam eſſe exiſtimem. Ut igitur ejusmodi navi proxime impendet curſus maritimi periculum, ſic h. l. notatur, illam vel deos vel Aegypti filios hoſtes habendi ne-

neceſſitatem proxime inſtare, nec amplius poſſe vitari. Cum vulgo ſic diſtingueretur:

— καὶ γεγόμφωται σκάφος,
Στρεβλαῖσι ναυτικαῖσιν, ὡς προσηγμένον,

nos comma vulgo poſt σκάφος poſitum poſt γεγόμφωται poſ imus, ut hoc verbum ad ἀνάγκη referatur, alterum comma poſt ναυτικαῖσιν cum Stanlejo ſuſtulimus. Fixa eſt et clavis quaſi compacta neceſſitas, ſicut navis, quae jam in eo eſt, ut cuneis nauticis adducta in mare deducatur. Heſychius: Στρέβλαι ναυτικαὶ τὰ ξύλα τῶν νεῶν, ἐν οἷς διασφηνοῦνται γομφούμενα, ubi Stanlejus recte emendavit γομφούμεναι, nam ad νῆες referendum eſt. Haud ſcio tamen, an Aeſchylus ſcripſerit:

στρεβλαῖσι ναυτικαῖσιν ὡς προσημμένον.

Scaliger teſte Abreſchio conjecerat προσηρμένον. Ceterum, qua imagine uſus eſt h. l. ad neceſſitatis vim et robur deſignandum, quam fere imitatur Horatius, notiſſimo carmine:

Te ſemper anteit ſacra Neceſſitas
Clavos trabales et cuneos manu
Geſtans ahena, nec ſeverus
Uncus abeſt liquidumque plumbum.

eadem infra utitur v. 941. ad certitudinem rei et firmitatem declarandam.

v. 445. ἄνευ δὲ — καταστροφῆ] *Quoquo me vertam, video me afflictioni expoſitum.*

v. 446. χρημάτων] Lectioni χρημάτων exemplaris Aurati auctoritas accedit. *Et opibus quidem ex aedibus* (v. c. hoſtium incurſione) *direptis, calamitate illa et jactura major, et qui eam magnopere expleat, acervus alia ratione ſ. aliunde acceſſerit Jovis fortunatoris beneficio.*

v. 449 ſqq. καὶ γλῶσσα — θελκτήριος] *Et ſi lingua forte effuderit verba haud tempeſtiva, alteri moleſta, animum ejus exulcerantia; ſ. iram concitantia, facile inveniatur*

tur ſermo blandus, quo iſtum, qui offenderat, ſermonem expiare et mollire poſſis. Cf. Prometh. v. 377.

v. 452 ſqq. ὅπως — ἔχῃ] *Ne autem conſanguineorum aut civium ſanguis effundatur, multum ſacrificare oportet, multasque multis dus hoſtias caedere ad avertendam iſtam calamitatem.* Sanguinis enim effuſi nulla eſt redemtio. ὅμαιμον αἷμα partim ad caedem Aegypti filiorum ſanguinis neceſſitudine cum Danaidibus conjunctorum, partim ad civium Argivorum caedem, ſi totam hanc cauſam ferro dirimendam conſuerint, metuendam pertinere, patet v. 477 ſqq. Ceterum propria oppoſitionis ratio haec erat: *Opes amiſſae aliis opibus reſarciri poſſunt; verbum temere, quod alterum offenderit, emiſſum blandis verbis molliri et expiari poteſt; at ſanguinis cognatorum et civium effuſi nulla eſt reparatio.* Unicam hanc ſententiam rex eleganter ſupprimit, ejusque loco ſtatim id quod inde efficitur, enuntiat, nempe omni modo curandum eſſe, ut hujus ſanguinis effundendi neceſſitas avertatur. Omnino ad ſententiam ſimillimus eſt locus Eumenid. v. 635 ſqq., quem comparaſſe haud poenitebit.

v. 455. ἢ κάρτα νείκους τοῦδ' ἐγὼ παροίχομαι] Perperam Heathius reddit: *Aut valde me circa hanc ſententiam ſententia fallit.* Nec ſatis apte Stanlejus: *omnino ab hac lite ego recedo.* Senſus eſt: *In hujus contentionis diſcrimen equidem me prorſus nolo committere.* Nempe νεῖκος reſpicit v. 442. bellum aut cum diis, ſi Danaides neglexerit, aut cum Aegypti filiis, ſi illas receperit, ſuſcipiendum eſſe. Quoniam κάρτα jam v. 453. praeceſſit, ſi in codice legeretur:

Πρὸς ταῦτα νείκους τοῦδ' ἐγὼ παροίχομαι,

ſane praeferrem. Πρὸς ταῦτα enim ſaepe in concluſionibus pro *idcirco* ponitur, ut v. 523.; praeterea id Scholiaſtes legiſſe videtur, explicans: καὶ τοῦτο ποιῶν ἐκτὸς ἔσομαι τοῦ νείκους.

v. 456.

v. 456 sqq. Θέλω — ἐμήν.] *Malorum vero expers et ignarus quam peritus esse malo. Ceterum precor ut omnia etiam praeter opinionem meam bene eveniant*, s. *ut felicior sit exitus, quam sperare audeo.*

Θέλω δ' ἀϊδρὶς — κακῶν dupliciter intelligi potest, vel ut experientiam malorum deprecetur, vel ut falsum se potius quam verum et intelligentem malorum vatem esse velit. Prorsus ut nostri homines dicunt: *Ich will gern gelogen haben; ich will gern ein falscher Prophet seyn.* Et hanc in partem Scholiastes quoque accepit. Priori tamen rationi favet, quod posterior sensus sequentibus verbis γένοιτο — ἐμὴν exprimitur.

v. 458. πολλῶν — λόγων] Chorus, qui adhuc, arte mirabiliter ab Aeschylo efficta, a levioribus argumentis, regis animo commovendo idoneis, ad graviora sensim escenderat, jam eum nondum plane victum sentiens ad ultimum idque gravissimum convertitur.

v. 459. ἤκουσα, καὶ λέγοις ἄν, οὔ με φεύξεται] *Audio, dicas modo quae vis, non enim me effugient.* Wakefieldus Sylv. crit. Vol. III. p. 48. emendandum censet:

ἤκουσα χ' ἃ λέγοις ἄν, οὔ με φεύξεται.

Sed nihil opus. Similis enim est optativi usus pro imperativo v. 275.:

γένος τ' ἂν ἐξεύχοιο καὶ λέγοις πρόσω.

v. 460. ἔχω στρόβους ζώνας τε, συλλαβὰς πέπλων] „Haec descripsit atque in lexicon suum, ut jam observarunt viri docti, transtulit Hesychius v. Ζώνας." *Abresch.*

στρόβους ζώνας τε] „Subducebatur nempe supra genua vestis cinguli seu zonae opera, prout de virginum in tabula apud Sidonios depictarum amictu tradit Achilles Tatius lib. I. p. 7. τὸ γὰρ ζῶσμα μέχρι γόνατος ἀνεῖλκε τὸν χιτῶνα. Ζῶσμα nempe ibi, et quod apud Pollucem quoque legitur p. 348. idem quod ζῶμα; utrumque autem quod ζώνη, ubi συλλαβὰς πέπλων intp. αἷς ζώννυμαι καὶ τοὺς πέπλους παραλαμβάνω." *Abresch.*

„Στρό-

„Στρόφοι vero dicuntur in muliebri amictu vincula, quibus ſuperior vars veſtis infra papillas erat cincta. Catull. Epithal. Thet. v. 65. *Strophio lactantes vincta papillas.* Utrumque certe illud cingŭli muliebris aut virginei genus, quo infra papillas, ac praeterea ſupra uterum colligatae et ſubductae erant tunicae illae aut veſtes atque inde confluctos earum ſinus hic tangit Danaidum Chorus. Male autem hic legitur στρόβους, quum ut alia ſileam, eum στροφίου frequentem eam in rem uſum apud Comicum in Theſmoph. ac Lyſiſtrata et inde loco jam adducto apud Catullum *ſtrophium* legatur, tum eadem voce στρόφου pro tali cingulo aut zona uſus ſit alibi Aeſchylus ſeu Chorus virginum Thebanarum Sept. Theb. v. 876.: στροφὸν ἐσθῆτι περιβάλλονται." *Spanhem.* ad Callimach. hymn. in Dian. p. 135.

Spanhemii criſis quamquam ſpecie non caret, fieri tamen potuit, ut Aeſchylus hic forma paulo inſolentiore uteretur στρόβος pro στρόφος, quippe ab eodem ſtemmate.

v. 461. τύχῃ — πέλει] Rex, quid Chorus verbis modo pronuntiatis ſignificare velit, haud intelligens reſpondet: *Quid tum? Haec veſtimenta* (ſtrophia et zonae) *mulierum conditioni apta;* h. e. uſu receptus eſt hic mulierum ornatus. Wakefieldus l. l. τεύχῃ *inſtrumenta* pro τύχῃ corrigendum putat. Non aſſentior.

v. 463. Λέξον! — Τίν' αὐδὴν τήνδε γηρυθεῖσ' ἔσει;] *Loquere! — Qualem tandem vocem prolocutura es?* Hac interpunctione tollitur incommodum vulgatae λέξον τίν' αὐδὴν τήνδε γηρυθεῖσ' ἔσει; inepta ſane μακρολογίᾳ laborantis.

γηρυθεῖσ' ἔσει] „ut κεκρατηκώς ἔσται Ariſtid. T. II. p. 170. εἰδότες ἔσονται p. 172. σεσωκότες ἔσονται p. 107." *Abreſch.*

v. 464. εἰ μή τι πιστὸν τῷδ' ὑποστήσει στόλῳ] Parum apte Stanlejus: *Si quid fidum huic coetui non praeſtabitur.* Vir doctus ὑποστήσει pro 3. perſ. fut. activi accepiſſe videtur,

detur, cum ſit ſecunda ab ὑποστήσομαι. Senſus igitur unice verus: *Niſi certi aliquid huic coetui promiſeris, quo rebus noſtris confidere poſſimus.*

v. 465. τί σοι — συζωμάτων] Per συζώματα idem intelligit, quod antea Danaides συλλαβὰς πέπλων dixerant, ſtrophia nempe et zonas.

περαίνει] „ut Thucyd. L. VI. c. 86. οὐδὲν ἔτι περανεῖ παραγενόμενον ὑμῖν, i. e. *nihil proderit, nihil proficiet.*" — *Abreſch.*

v. 466. νέοις πίναξι βρέτεα κοσμῆσαι τάδε] Spanhem. ad Callimach. p. 528. „Deorum ſimulacris varia ſubinde appendebantur donaria, ut Deae Phrygiae detonſae aſſeclarum ejusdem ſ. Gallorum comae, prout id e veteri et inedito adhuc liquet Epigrammate, quod exſtat inter alia ἀνέκδοτα MSS. olim Palatina nunc Vaticana:

Ἔνδυτα καὶ πλοκάμους τούτους θέτο Γάλλος ὀρείῃ
Μητρὶ Θεῶν, τοίης εἵνεκα σύντυχίης.

Mitto nunc alia aliis numinum ſignis, pro eorundem nempe cultu, arte, aut merito, appendi itidem aut dicari, idque ex voto aut alia quacunque de cauſa, olim ſolita, arma puta, veſtes, tabulas, tripodes, inſtrumenta, quae nempe illis numinibus grata, aut alioquin propria cenſebantur."

v. 467. αἰνίγματῶδες τοὔπος· ἀλλ' ἁπλῶς φράσον] Non dubito veram hanc eſſe, quam Abreſchius conjectavit ſcripturam. Et recepit Porſonus. „Noſter Prometh. v. 611. λέξω τορῶς σοι οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ' ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ. Alexis ap. Athen. l. X. p. 449. E. παίζειν σὺ χαίρεις μ' αἰνίγμασι· καὶ μὴν ἁπλᾶ γε καὶ σαφῆ λέγω μαθεῖν. Anaxilas ib. l. XIII. p. 558. D. αἱ πόρναι λαλοῦσιν ἁπλῶς μὲν οὐδέν, ἀλλ' αἰνίγμασιν. Chryſoſt. T. IV. Opp. p. 20. C. οὐκ ἔστιν αἴνιγμα ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ λίαν σαφὴς καὶ ἁπλοῦς. Frequens eſt ἁπλῶς εἰπεῖν. Ariſtid. T. I. p. 37. II. p. 175. III. p. 69. nec non ὡς ἁπλῷ λόγῳ, et ἁπλοῦς ὁ μῦθος, ut Choëph. v. 549." — *Abreſch.*

v. 468.

v. 468. ἀπάγξασθαι] „Virgines, quae paullo generosiori erant animo, zonis ad suspendium abuti sunt solitae potius quam veste. Parthenius de Bithide Erot. II. τὴν δὲ ἄρα ὑπὸ τοῦ πάθους μὴ ἀνιεμένην πρὸς δὲ ὀκνοῦσαν κλτίαν Καύνῳ τῆς ἀπαλλαγῆς ἀναψαμένην ἀπό τινος ἑρυὸς τὴν μίτραν ἐνθεῖναι τὸν τράχηλον. Sophocles in Antig. v. 1220.:

— ἐν δὲ λοισθίῳ τυμβεύματι
Τὴν μὲν κρεμαστὴν αὐχένος κατείδομεν
Βρόχῳ μιτραίῳ σινδόνος καθημμένην." — *Stanl.*

v. 469. ἤκουσα μακιστῆρα καρδίας λόγον.] Si vera est interpretatio Hesychii: Μακιστὴρ, βέλος; gravis Aeschyloque dignus funditur sensus: *Audivi sermonem cor meum teli instar pungentem.* Nostri populares dicerent: *Mit dieser Rede stößest du mir einen Dolch ins Herz.* Similiter Choëph. 379.:

Τοῦτο διαμπερὲς οὖς ἵκετο ἅτε περ βέλος.

v. 472 sqq. κακῶν δὲ — λιμὴν κακῶν] *Multitudo malorum torrentis instar irruit; et mare calamitatis immensa profunditate haud exsuperabile me obruit, nec uspiam est portus malorum.*

v. 473. οὐ μάλ' εὔπορον] Nota extenuationis figura, cum ironiae specie, pro ἀπορώτατον.

v. 474. ἐξβέβηκα] Hanc lectionem Spanhem. in MS. Reg. invenit estque aptior quam εἰσβέβηκε, in qua supplendum esset ἐμέ.

λιμὴν κακῶν] „Usitatas huic scriptori locutiones κῦμα, κλύδων θάλασσα et πέλαγος κακῶν jam notavit Potter ad Lycophr. v. 228. His similiter πέλαγος ἀτηρᾶς ὕβρις scripsit Prometh. v. 745. et καλοῦ πέλαγος Plat. Sympos. p. 331. A. Hic loci habemus λιμένα κακῶν, quod primo intuitu videri possit insolens, quia rerum cupitarum potius sint λιμένες. Veluti σωτηρίας et ὑγιείας λιμὴν ap. Arist. T. I. p. 31. Sed et κακῶν λιμένα τὸν θάνατον dixit Longinus sect. IX. In quibus λιμὴν est καταφυγή, quod pro-

inde ejus loco adhibuit Herodot. VII, 46., ubi θάνατος καταφυγὴ τῶ ἀνθρώπω αἱρετωτάτη. Atque ita ὕπνον καμάτων λιμένα dixit Critias in Athen. X. p. 433. A., quem ibid. Alexis παυστῆρα πόνων." — *Abreſch.* Cf. quae de h. v. uſu obſervavimus ad Perſ. v. 247.

v. 475 ſq. εἰ μὲν γὰρ — οὐχ ὑπερτοξεύσιμον] *Etenim ſi vobis hoc negotium non perfecero, piaculum denuntiaſti nulla arte reparandum.*

v. 478. διὰ μάχης τέλους] Cf. Sept. adv. Theb. v. 908.

v. 483. Στείχ' οὖν, πάτερ] Non ſatis cohaeret oratio in vulgata lectione particulis σὺ μὲν vincta, neque vero τε poſt κλάδους habet, unde pendeat. Nam quod Heathius pro τε reponit γε, id h. l. non convenit. Itaque vel ἴθ' οὖν, vel στείχ' οὖν legendum videtur. Poſterius ut propius ad vulgatae ſcripturae ſimilitudinem accedens recepi. *Vade igitur, ſenex pater harum virginum, ramosque hos confeſtim in brachia ſumtos, ad alia quoque deorum indigetum altaria deporta.*

v. 486. ἀφίξεως τέκμαρ] *cauſae, quae vos huc appellere coëgerit, indicium.* Ex diſpoſitis enim olivarum ramis intelligent vos ſupplices huc veniſſe.

v. 487 ſq. μήθ' ἁποῤῥιφθῇ λόγος ἐμοῦ] Stanl. vertit: *neque projiciatur verbum de me.* Verius: *Nec temere effutiatur ſermo meus*, ſed potius me tecum collocutum diſſimules, ne populus me ejus rei auctorem et ſuaſorem ſuſpicetur. *Adverſus principem enim populus ſemper querelarum et criminationum cupidus eſt.* Abreſchius, qui h. l. ſic accipiendum putat, *neque neglexeris hunc ſermonem meum*, haud animadvertit, hanc verſionem efficere, ut, quae ſequuntur, κατ' ἀρχῆς γὰρ φιλαίτιος λεώς, non cohaereant cum antecedentibus.

v. 489. τάχ' ἄν τις οἶκτος] Poëtice dictum pro οἰκτρός, quare hoc illi minime cum Stanl ſubſtituendum, etſi idem agnoſcit Exemplar Aurati. Neque vero quid Pauwium

wium aut Abreſchium impulerit, ut de veritate hujus lectionis dubitarent, ac tantum non praeferrent lectionem Turnebianam εἰκὸς, intelligo.

v. 493 ſq. πολλῶν — λαβεῖν] Vulgata lectio αἰδοῖον εὖ ἑέοντα πρὸς ξένον λαβεῖν ſenſu prorſus caret. Veram igitur editoris Glasg. lectionem in textum recepimus, partim Canteri conjectura indagatam:

Αἰδοῖον εὑρεθέντα πρόξενον λαβεῖν.

Sane nobis hoc quantivis eſt pretii, quod venerandum patronum te nacti ſimus. Multum haec lectio praeſtat Abreſchii conjectura εὖ ἑέζοντα.

v. 495 — 498. Vulgata lectio:

Ὀπάονας δὲ Φράστορας τ' ἐγχωρίων
Ξύμπεμψον, ὡς ἂν τῶν πολισσούχων θεῶν
Βωμοὺς προνάους καὶ πολισσούχων ἕδρας
Εὕρωμεν.

inſidentem ſibi corruptelam facile prodit, inficeta vocabuli πολισσούχων repetitione. Huic incommodo facilem adhibuimus medelam, ſic emendando:

Ὀπάονας δὲ Φράστορας τῶν ἀστυκῶν
Ξύμπεμψον, ὡς ἂν τῶν θεῶν ἐγχωρίων
Βωμοὺς προνάους καὶ πολισσούχων ἕδρας
Εὕρωμεν.

Comites vero monſtratores (viae) *ex civibus aliquos vobiscum mitti, ut deorum indigetum et urbicorum altaria ac templa inveniamus.*

Lectionis depravatio ſolemni librariorum errori debetur, quo ſaepe a ſuperiore verſiculo inter ſcribendum ad proxime inferiorem aberrant. Ita pro τῶν ἀστυκῶν e ſequenti verſiculo anticipabatur ἐγχωρίων et pro ἐγχωρίων ex deinceps poſito πολισσούχων. Praeterea Φράστορας elegantius τῷ ὀπάονας ſimpliciter apponitur, quam per copulam τε conjungitur. Neque vero articulus τῶν in illa conſtructione commode abfuerit.

Φράστορες i. q. alias *Φραστῆρες*. Hesych. *Φραστῆρες, μηνύται.* Plenius *ὁδῶν Φραστῆρα* dixit Xenophon Cyrop. lib. V.

v. 498 sq. *εὕρωμεν — στειχοῦσι*] pro *εὕρω στείχοντι*. Etsi enim quaeri potest, paterne solus, an cum nonnullis filiabus per urbem circumierit, facile tamen comparatis inter se v. 482 sqq., v. 506. 507. 955. intelligitur filias ad unam omnes ad aram *τῶν ἀγωνίων θεῶν* remansisse.

v. 499 sqq. *μορφῆς — τρέφει*] De corporis forma, maxime de oris et vultus conformatione et colore loquitur, quae peregrinum ipsum esse et hospitem prodebat. Cf. v. 294 sqq.

μορφῆς — φύσις] „i. e. *ὅμοια*, uti ipse suo mox more declarat per *ὅμοιον γένος*. Hesych. *Ὁμόστολοι, συμπράττοντες* et *ἐν τῇ αὐτῇ ὁδῷ κοινωνοῦντες*, quo sensu inter alios Apoll. Rhod. L. III. v. 558. Oppian. Cyneg. II. v. 218. et Hal. v. 67. Add. Suid. *μορφῆς φύσις* per periphrasin dictum pro *μορφή*, ut *προσώπου φύσις* in Plat. Tim. 545. E. Restituere hac occasione post aliorum conatus tentemus locum Ael. de Anim. L. VI. c. 39. scribarum incuria pessime habitum, editur nempe *καὶ ταῦτα μέν τοι σώμενης· οἱ δὲ ἀνθρωποι πάντων μ' ἐπιθυμοῦντες μηδενὸς δὲ φειδόμενοι.* Scripserat, ni fallor, *καὶ ταῦτα μὲν τῆς*, aut *μέντοι τῆς, φύσεως φειδομένης· οἱ δὲ —*" *Abresch.*

v. 501. *φύλαξαι — φόβον*] „Schol. *θάρσος* legisse videtur, convenienter usui, quod receptum postulat metrum, et adscripserat suo exemplari Scal. Sed et in Eurip. Med. v. 470. *θράσος* pro *θάρσος*, nec inobservatum praetermisere Grammatici. Etymol. Mss. Biblioth. Traject. *θάρσος*, inquit, *καὶ θράσος διαφέρει ὡς ἀρετὴ κακίας, τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ ἀρετῇ τάσσεται, τὸ δ' ἐπὶ κακίᾳ. ὅθεν οἱ παλαιοὶ ὡρίσαντο οὕτω· θάρσος ἔστι ψυχῆς παράστημα μετὰ λογισμοῦ. θράσος δὲ ἡ ἀλογιστία. ὅθεν Εὐριπίδης ἁμαρτάνει λέγων* (sic) *οὐ θράσος τῶδε ἐπεὶ οὐδὲ τόλμη κακῶς φίλους ὁράσαντας ἐναντίους βλέπειν.* Haec ille. Add. Eurip. Schol. Ammon.

et

et Thom. Mag. cum interpretum Not. δεινὰ ac θαῤῥαλέα opponit Plat. Lach. p. 252. J. cujus itidem p. 253. E. ἃ σὺ καλεῖς ἀνδρεῖα καὶ οἱ πολλοί, ἐγὼ θρασέα· ἀνδρεῖα δὲ τὰ φρόνιμα περὶ ὧν λέγω. v. ſeq. ὑπ' ἀγνοίας ut apud Plut. T. II. p. 300. A. et Muſonium in Stob. Serm. XIX. p. 168. ἐξ ἀγνοίας Plat. Polit. 184 B. Chryſ. T. IV. Op. in N. T. p. 52. B. 2. Φόβον ne tentes, cavet Schol. *ne ſi ſolus vadam fiducia mihi pariat metum: accidit enim, ut quispiam etiam amicum ignorans occiderit;* quo magis ſcil. mihi peregrino et viarum per urbem ignaro, providendum erit, ne quis metus objiciatur." *Abreſch.*

v. 502. καὶ δὴ — ὕπο] *Ac ſaepe accidit, ut aliquis amicum adeo, ignarus, quis eſſet, occideret.* Cf. v. 988.

v. 503. ὁ ξένος] Prorſus inepte Arnaldus corrigendum opinabatur ἡ ξένος.

v. 504. θεῶν ἕδρας] Quod ſuſpicati fumus copulam excidiſſe, legendumque θεῶν δ' ἕδρας, id maxime confirmatur verſiculo 497., ubi βωμοὶ πρόναοι a deorum ἕδραις (templis) diſerte diſtinguuntur. Alibi tamen βωμοὶ quoque θεῶν ἕδραι nominantur. e. c. v. 426.

v. 506. ναύτην — θεῶν] *cum hoſpitem ducatis, nave huc appulſum et ad deorum aras tutelae cauſa confugientem.* ἐφέστιον θεῶν enim h. l. idem eſt ac ἱκέτην. Male igitur Stanl. vertit *domeſticum.*

v. 507. κίει] Optativo κίοι adhuc vulgato, non magis locus eſt, quam deinde in νέμεις.

v. 510. καὶ δή σφε λείπω, χειρὶ καὶ λόγοις σέθεν] Stanl. intp.: *Et quidem linquo manu et verbis tuis.* Imo rectius: *Et quidem illos hic relinquo, poteſtati tuae et verbis ſ. juſſis obſecundans.*

v. 513. οὗτοι πτερωτῶν ἁρπαγαῖς σ' ἐκδώσομεν] *Sane nos te haud avium* rapacium *rapinis trademus ſ. exponemus;* proverbiali locutione, ab expoſitione infantum ducta, quae in ſylvis aut lucis avium aut ferarum laniationi

tioni permittebantur. Sic apud Euripidem Creusa de filio Ione v. 902 sqq.:

καὶ νῦν ἔρρει
Πτανοῖς ἁρπασθεὶς θοίνα
Παῖς μοι καὶ σοὶ τλάμων.

et v. 915. οἰωνοῖς ἔρρει συλαθείς.

v. 514. ἀλλ' εἰ] Non admittenda erat a Porsono Stanleji correctio ἀλλ' ἦ. In ejusmodi enim responsionibus ἀλλ' εἰ idem est quod Latinorum *quid autem si* — —? Hoc igitur dicit Chorus. *Quid autem si nos iis tradas, qui draconibus inimiciores sunt?*

Utrum δυσφόρων an δυσφρόνων scriptum sit ab Aeschylo, vix satis certo definire audim. Si δυσφρόνων placeat, vertendum, *qui nobis infestis draconibus inimiciores sunt.* Sin δυσφόρων praeferas, ἐχθίοσιν passive accipiendum: *qui nobis intolerandis et gravibus draconibus odiosiores sunt.*

v. 515. εὔφημον — ἐνθυμουμένη] Quod Latini brevius dicunt: *Bona verba quaeso;* aut: *Meliora loquere!* Rex enim Chorum leniter objurgat, quod pejora quam opus sit ominetur, jubetque eum εὐφημεῖσθαι, simulque ut melius ominata verba rata sint optat. ἐνθυμουμένη significat Chorum *exacerbatione quadam animi* in ista verba ἀλλ' εἰ δρακόντων erupisse; idque sequente versu sic excusat Chorus: *at enim haud mirum est animi timore perculsum impatientius dolere;* ubi τὸ δυσφορεῖν respicit illud ἐνθυμουμένη.

v. 517. ἀεὶ — ἐξαίσιον] *Imo vero semper nimius et immoderatus regum metus* inferiorum animos occupat.

v. 518. Σὺ καὶ λέγων εὔφρανε καὶ πράσσων φρένα] Nexus orationis postulat, ut legamus:

Σύ τοι λέγων εὔφρανε καὶ πράσσων φρένα.

Tu igitur fac, ut non dicendo solum s. promittendo, sed agendo quoque animum nostrum exhilares.

v. 522.

v. 522. ὁποῖα] Sic nunc edidi pro vulg. τοῖα, quod pro οἷα hic positum minime placet.

v. 526. Πειθὼ δ' ἕποιτο καὶ τύχη πρακτήριος] *mihi autem adsit Suada dea, et Fortuna rebus perficiendis idonea.*

IN SCENAM IV.

v. 527 — 602.

v. 527. ἄναξ ἀνάκτων] *O rex regum, beatorum beatissime, et potentium potentissimum imperium*, i. e. potentissime imperator, *felix Jupiter.* —

v. 530. πίθου τε καὶ γένει σῷ] Misere languet in vulgata lectione πειθοῦ τε καὶ γενέσθω. Quod reposuimus καὶ γένει σῷ sensum efficit aptissimum. *Obsequere nobis et a progenie tua propulsa virorum contumeliam.*

v. 531. ἄλευσον] „Schol. legit ἄλεσον et interpretatur καταπόντωσον, quasi ab ἅλς *mare;* rectius tamen ἄλευσον *averte*; ita locutus est in Prometheo v. 570.:

εἰδωλον Ἄργου γηγενοῦς ἄλευ' ὦ δᾶ,

et Sept. adv. Theb. v. 87.:

ὀρόμενον κακὸν ἀλεύσατε." — *Stanl.*

v. 532 sq. λίμνᾳ — μελανόζυγ' ἄταν] *Purpureoque* i. e. alto *mari merge navem exitiosam nigro remigio motam.* Μελανόζυξ ἄτα locutio Aeschylo dignissima, ejusque usui adeo conveniens, ut de veritate lectionis Stanl. conjectura indagatae dubitari non possit. Eandem confirmat Spanhemius auctoritate MS. Reg. Recte autem Stanl. ad *nigros* Aegyptiorum remiges poëtam respicere judicavit comparatis v. 722 sq.:

πρέπουσι δ' ἀνδρες νήϊοι μελαγχίμοις
γυίοισι λευκῶν ἐκ πεπλωμάτων ἰδεῖν.

adde v. 748.

v. 534. τὸ πρόσθ' ἔνοικον] Vulgo τὸ πρὸς γυναικῶν. Quid hoc est? Nonne omnes homines a mulieribus nascuntur?

tur? Quod reposuimus τὸ πρόσθ' ἔνοικον respicit id quod alibi dixerant v. 289. se Argivas esse, ut ab Ione originem ducentes:

Τὸ πρὸς γυναικός γ' ἐπιδὼν
Παλαίφατον ἀμέτερον
Γένος, φιλίας προγόνου
Γυναικός, νέωσον εὔφρον' αἶνον.

Respiciens olim hic inquilinum antiquum genus nostrum, dilectae tibi mulieris ataviae nostrae recole memoria jucundam fabulam s. *narrationem.*

v. 538. γενοῦ πολυμνήστωρ ἐφάπτορ Ἰοῦς.] Ita rescribens recte et metro et sententiae consuluit Porsonus, quum vulgo legeretur ἐφάπτωρ. *Fac, o tu, qui olim contrectatione tua Ionem impraegnasti, ut nunc ejus rei diligenter recorderis.*

v. 539. Δι' ἃς] Bene sic iterum Porsonus correxit vulg. Δίας. *Per quam*, s. qua interveniente, *nos tuam sobolem esse gloriamur.* Itaque facile caremus Abreschii interpretatione, qui intelligebat, ceu scriptum legeretur: Εὐχόμεθά τοι εἶναι γένος τῆς Δίας τῆσδε γῆς καίπερ ἔνοικοι ἄπο καὶ ἄποθεν αὐτῆς, *enimvero gloriamur genus nostrum ex Joviali hac terra oriundum, etsi incolae et inquilini simus regionis procul inde dissitae.*

v. 540. γᾶς ἀπὸ τᾶσδ' ἄποικοι] Hoc aptius ad sententiam nobis visum est, quam vulg. ἔνοικοι. *Colonae quasi ex hac terra olim Aegyptum missae.* Stanlejus idem efficere tentat in γᾶς ἀπὸ τᾶσδ' ἔνοικοι tmesin supponens pro τᾶσδε γᾶς ἄποικοι.

v. 547 sqq. διχῇ δ' ἀντίπορον — ὁρίζει] *bis vero fati necessitate adacta fretum maritimum*, nempe Bosporum Thracium, et Bosporum Cimmerium, *nando superans ad oppositam continentem pervenit.*

v. 550. ἰάπτει] „Ita edit. Turneb. probante Scaligero, nisi quod τῷ ἰάπτει superscripserat διάπτει, et paren-

rentheſin claudat poſt διαμπάξ. Poſſis quoque transpoſitione literarum facta legere ἀΐπτει. Obtinente ἰάπτει, quo verbo frequenter utitur pro πέμπειν et ἵπτειν, ut S. C. Theb. v. 531. 549., Agam. 519. 1558., hujus dramatis v. 95. intelligetur ἑαυτήν. Praecedit γαῖαν ὁρίσαι ut διδύμους πόντου πέτρας ὁρίσαι Eurip. Med. v. 433., ubi Schol. Διορίσαι Heſychius monet, idem interdum, quod ἐξορίσαι, et extat utrumque promiſcue adhibitum in Plat. IX. Legg. 660. C. D." *Abreſch.*

Ἰάπτει verum eſt, nec quidquam mutandum; verbo quod *active* ſumtum ſignificat *mittere*, neutraliter uſus eſt pro *ire*, *transire.*

v. 553. γύαλα] „Planam fuiſſe Lydiam innuit adagium Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖν. Vid. Scaligeri Conjectanea ad Varronem de lingua lat." *Stanl.*

v. 556. τοὺς ποταμοὺς ὀ' ἀενάους] Heathius adſciſcendam putat Robortellianae editionis lectionem:

πὰρ ποταμοὺς τ' ἀένάους.

Non aſſentior. Τοὺς ποταμοὺς et quae ſequuntur usque ad πολύπυρον αἶαν, pendent a περᾷ v. 552. *Pertranſit vero Teuthrantis urbem in Myſia, ſuperatisque Lydiae aequoribus ac montibus Ciliciae et Pamphyliae*, pertranſit *flumina jugiter labentia, et inſignem divitiis regionem et Veneris frugiferam terram.*

v. 557. καὶ βαθύπλουτον χθόνα] Utrum hoc epitheto unum ex regnis jam antea nominatis deſignetur, v. c. Lydia, ob aurifodinas, an nova innuatur regio, ad quam Io pervenerit, definire non auſim. Si nova, vix alia, quam Phoenice intelligi poterit, ob divitias ex mercatura.

v. 557 ſq. καὶ τᾶς Ἀφροδίτας πολύπυρον αἶαν] Cui hic non ſuccurrat Cyprus (νᾶσος τᾶς Ἀφροδίτας, Eurip. Bacch. v. 400.) Veneris cultu et ſumma fertilitate celeberrima? Quaenam enim regio in Aſiae continente ſic deſcribi

potuerit a poëta, nemo explicavit. Scholiastes quidem intelligit *Phoenicen*, addens ἣν ἱερὰν Ἀφροδίτης φησὶ διὰ Βύβλον καὶ Δίβανον. Sed hoc est optantis potius quam docentis. Quidni autem Aeschylus Ionem ab ora Phoeniciae primum Cyprum, deinde ab hac insula Aegyptum transvectam esse finxerit?

v. 559 ἱκνεῖται δή, κινουμένα] Aut sic, aut cum Abreschio ἱκνεῖται δ' εἰσκινουμένα legendum.

v. 559 sq. βέλει βουκόλου πτεροέντος] i. e. oestri stimulo.

v. 561 sqq. Δῖον πάμβοτον ἄλσος — νόσοις ἄθικτον] Omnibus hisce epithetis unice Aegyptum describi certum est. δῖον πάμβοτον ἄλσος notat planitiem et fertilitatem Aegypti. λειμῶνα χιονόβοσκον respicit exundationem Nili ex nivibus Aethiopiae resolutis. Τυφῶ μένος pertinet ad ventos calidos nivem solventes. Sic Hesiod. Theog. Ἐκ δὲ Τυφωέος ἔστ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων.

Pro ὕδωρ το Νείλου praestat legere ὕδωρ τε Νείλου, *quam planitiem lustrat ventorum vis et Nili aqua morbis haud contigua.* Qui articulum τὸ ante Νείλου servandum putant, τυφῶ μένος sic interpretantur, ut Nilus ipse *vis typhonis* appelletur, h. e. vi ventorum exundans.

v. 562. χιονόβοσκον] „passive, ideo tonus in antepenultima, qui in aliis e βοσκὸς compositis ultimam tenet." *Abresch.*

λειμῶνα χιονόβοσκον] „Celebris fuit antiquorum opinio, Nilum congeri ab eliquatis nivibus in montibus Aethiopiae, cujus fit mentio apud Herodotum lib. II., Diodorum Siculum lib. I., Aristidem in Aegyptiaca, et plures alios. Anaxagoram hujus sententiae auctorem laudat Aëtius libro περὶ Φιλοσόφων ἱστορίας, cui astipulatur discipulus ejus in Helena:

Νείλου μὲν αἵδε καλλιπάρθενοι ῥοαὶ
Ὃς ἀντὶ δίας ψεκάδος Αἰγύπτου πέδον
Λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραίνει γύας.

Lu-

Lucret. lib. ult.

Forsitan Aethiopum penitus de montibus altis
Crescit, ubi campos altas descendere ningues
Tabificis subigit radiis sol omnia lustrans.

Statius lib. IV. Thebaidos:

Sic ubi se magnis refluus suppressit in antris
Nilus, et Eoae liquentia pabula brumae
Ore premit." — *Stanl.*

v. 564. νόσοις ἄθικτον] „Laus Nili a salubritate. De foecunditate aquae Niloticae locum Strabonis excitavimus ad Pers. v. 32. Referunt itidem Theophrastus, Seneca et Plinius, mulieres aqua Niliaca adco foecundas reddi, ut uno partu foetus plures enitantur. Idem de vaccis Aegyptiis narrat Aelianus de animal. lib. III. c. 33. subdens, λέγεται δὲ αἴτιος ὁ Νεῖλος εἶναι εὐτεκνότατον παρέχων ὕδωρ. Accedit etiam ad salubritatem ejus demonstrandam, quod eos, qui ex ipsa bibissent, pingues redderet. Plutarchus de Is. et Osir. ἀλλὰ πιαίνειν δοκεῖ καὶ μάλιστα πολυσαρκίαν ποιεῖν τὸ Νειλῶον ὕδωρ. Porro hodie in Aegyptia metropoli Caira ad primum incrementi Niliaci momentum subsidit pestilentia. Nemo tum moritur, licet pridie quingenti." *Stanl.*

v. 567. ξυιάδος Ἥρας] Bene sic *Hermannus*, V. Cl., in libro de metris poëtarum graecorum et romanorum pag. 234. et metri et sententiae causa correxit *furentis Junonis.*

v. 576. Ἰώ, οἰστροδόνητον;] Ita *Hermannus* l. l. ut Pherecrateum efficeret Strophico a se correcto aequalem, emendavit verbis transpositis.

v. 578 sq. βίᾳ δ' ἀπημάντῳ σθένει καὶ θείαις ἐπιπνοίαις] Idem Prometh. v. 835. sic extulerat noster:

Ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θίγων μόνον.

De versiculo, qui post v. 577. intercidit, etsi, absque meliorum MStorum beneficio certi nihil definiri potest; sen-

ſententia tamen videtur haec fuiſſe: *longorum laborum finem fecit.* Deinde pro βίᾳ ſcriptum fuiſſe credo Διός.

v. 582. αἰδῶ] Cur *pudorem* cum *triſtitia* et *lacrymis* conjunctum dicat, intelligitur ex ipſius Iûs verbis Prometh. v. 648.:

Καί τοι καὶ λέγουσ' αἰσχύνομαι
Θεόσσυτον χειμῶνα, καὶ διαφθορὰν
Μορφῆς, ὅθεν μοι σχετλίᾳ προσέπτατο.

v. 583. ἔρμα ὄϊον] Schol. intp. βάρος; nec dubium eſt, quin poëta pro *onere foetus* ex Jovis contrectatione ſuſcepto poſuerit.

v. 587. φυσιζόου] Ita correxi vulg. φυσίζωου, pro quo Porſonus metri cauſa dedit φυσίζοον. Nam frigidum ſane eſſet, ac tantum non ſenſu caſſum φυσίζοον γένος, *vitale genus hoc eſt Jovis.* Et ſicut φυσίζοος αἶα apud Homerum i. e. ac βιόδωρος, profecto idem de Jove creatore recte dicitur. φυσίζοος Ζεὺς paullo poſt eadem ratione πατὴρ φυτουργὸς appellatur v. 595.

v. 590 ſq. Ἥρας νόσους ἐπιβούλου] „*Saturniae excandeſcentiam inſanumque ulciſcendi ardorem.* Ὀργὴ νοσοῦσα eſt in Prometh. v. 377." — *Abreſch.*

v. 591 ſq. καὶ τόδ' ἂν — κυρήσαις] „Perbene Schol. κυρήσαις illuſtrat, τῆς ἀληθείας κυρήσῃ καὶ οὐ ψεύσῃ. Sic τυχεῖν in Choëph. v. 960." *Abreſch.*

v. 595. πατὴρ φυτουργὸς] *pater genitor.*

αὐτόχειρ ἄναξ Ἰοῦς] Recte ſic mihi videor verſiculi defectum expleviſſe. *Qui manuum tuarum contrectatione Iûs dominus et ſoſpitator factus es.* Sic certe Scholiaſten legiſſe oportet, cujus haec eſt verborum πατὴρ φυτουργὸς αὐτόχειρ ἄναξ interpretatio: αὐτὸς ὁ πατὴρ φυτουργὸς τοῦ γένους, ὁ τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ θεραπεύσας τὴν Ἰώ.

v. 597. τὸ πᾶν μῆχαρ οὔριος Ζεύς] Μῆχαρ vel cum οὔριος arcte copulandum, ut ſit i. q. τὸ πᾶν μῆχαρ οὐρίζων, *omnis*

omnis generis consilia et praesidia rebus agendis idoneis *prospero flatu advehens;* vel commate ab οὔριος separandum, tumque τὸ πᾶν μῆχαρ est εὐμήχανος, et οὔριος *fortunator*, *secundi eventus largitor.*

v. 598 sqq. ὑπ' ἀρχᾶς — κάτω] *Neque vero alicujus potestati subjectus minus potentioribus polles;* h. e. nullius potestati subjectus es, nec potentiorem habes, quo minus auctoritate et vi polleas, *nec desuper ullum inferiorem revereris.* Sic Abreschii tautologiam vitamus, cui duae sententiae ὑπ' ἀρχᾶς — κρατύνει et οὔ τινος — κάτω prorsus idem significare videbantur. Constructio verborum unice vera haec est: οὐ θοάζων δὲ ὑπ' ἀρχᾶς τινος τὸ μεῖον κρατύνει κρεισσόνων, οὔ τινα κάτω ἡμένον ἄνωθεν σέβει.

v. 601. 602. πάρεστι — φέρει φρήν.] *Adest exitus verbis, celeriter effecturus quodcunque prudenti consilio mens Jovis intenderit*, prorsus ut in carmine nobilissimo Psalm. βούλιος pro δούλιος, quod sensu caret, legendum esse post Pauwium Heathiumque censeo; quamquam haud scio an αἴολος praeferendum sit, quemadmodum v. 1038. Juno dicitur αἰολόμητις. Abreschius tamen haud male δαύλιος commendat, ut v. 92. δαυλοὶ γὰρ πραπίδων, modo de auctoritate formae δαύλιος constaret.

IN SCENAM V.

v. 603 — 778.

Primum observandum est pro Danao hic in omnibus editionibus poni πρεσβύτου seu senis personam, idque Editor Glasg. quoque perperam imitatus est; quamvis jam Stanlejus meliora docuisset. Sic enim ille: Cum argumento hujus tragoediae dubium non est, quin personarum nomina una interciderint; et quae in vulgatis editionibus debentur, temere ac pro libitu affixa sunt, quo fit ut minus inter se consentiant. Etenim in Stephani et Canteri editionibus inter personas dramatis recensentur Κύρι, quae

quae tamen haud aliae ſunt, quam Chorus Danaidum; in aliis vero editionibus Κήρυξ Αἰγυπτιαδῶν multo rectius. In omnibus quidem habetur Πρεσβύτης alius a Danao. Cuivis tamen facile conſtabit eandem eſſe perſonam v. 179 ſq., qui Πρεσβύτης vulgo dicitur. Danaidas *filias* appellat, ſe ipſum eorum *patrem:*

Παῖδες φρονεῖν χρή. Ξὺν φρονοῦντι δ' ἵκετε
Πίστῳ γέροντι τῷδε ναυκλήρῳ πατρί.

Eundem patrem agnoſcunt virgines v. 207.

Πάτερ, φρονούντως πρὸς φρονούσας ἐννέπεις.

Hactenus Stanlejus. Sed hoc loco quoque, in quo verſamur, non alium eſſe, quam Danaum patrem, qui ad puellas redeat, facile ſic demonſtrari poteſt. Is, qui ad Chorum puellarum v. 603. redit, quae in concilio populi decreta fuerint nuntiaturus, idem eſt, qui v. 713. ſqq. cum puellis colloquitur, poſtquam hae cantu chorico v. 628 ſqq. grati animi ſenſus et pia vota pro populo Argivorum fuderant. Jam qui v. 713 ſqq. loquitur, diſerte pater puellarum dicitur v. 714. 737. Conſequitur ergo, ut qui inde a v. 603. Danaidibus quae a populo decreta ſint nuntiat, haud alius ſit, atque ipſe Danaus. In errorem duxit editores, quod v. 605. Danaides Danaum non *patris* ſed *ſenis* vocabulo ſalutarent.

v. 603. ſq. Θαρσεῖτε — ψηφίσματα] Stanl. vertit: *Bono animo eſte, filiae, bene indigenae populi ſtatuta ſunt perfecta decreta;* parum latine et ſatis obſcure. Praeſtat autem ſic interpungere:

Θαρσεῖτε, παῖδες! Εὖ τὰ τῶν ἐγχωρίων!
Δήμου δέδοκται παντελῆ ψηφίσματα.

Confidite, puellae! Apud cives quidem res noſtrae bene geſtae! (ſ. a civibus quidem nihil eſt quod metuamus). *Populi ſcita jam perlata et rata ſunt.*

δέδοκται] Heſych. Δέδοκται, ἐφάνη, ἐψηφίσατο, ἔγνωστο.

v. 605.

v. 605. ὦ χαῖρε — ἐμοὶ] *O salve senex, nuntiorum nobis chariſſime!* Quem enim boni eventus cariorem nobis nuntium optemus quam patrem?

v. 606. ἔνισπε — τέλος] Inficete Stanl. *Dic vero nobis quousque ratus habetur finis; populi imperium obtinens manus qua numero major eſt.* Rectius: *dic autem nobis quam in partem latum ſit populi decretum; et quaenam ſententia majori ſuffragiorum numero obtinuerit?*

v. 608. οὐ διχορρόπως] *haud diviſis ſententiis*, ſ. *omnibus ſuffragiis, omnium unanimi conſenſu.*

v. 609. ἀλλ' ὡς ἂν — ἡβήσαι με γηραιᾷ φρενὶ] *Sed potius tanto conſenſu, ut mihi ſenilis animus prae gaudio denuo juveneſcere videretur.* Vulgata lectio ὡς ἂν ἡβήσαιμι aptum h. l. ſenſum vix admittit.

v. 610. χερσὶ δεξιωνύμοις] Nempe ſuffragia manuum dextrarum ſublatione ferebantur. Spanhem. ad Callimach. in Apoll. p. 84. δεξιωνύμοις intp. *fauſtis;* at propius et ſimplicius eſt *dextris.*

v. 611. ἔφριξεν] *inhorruit*, non tam de ſonitu, quam de multiplici ſublatarum manuum agitatione. Sic Virgil. Aen. II.

tum late ferreus haſtis
Horret ager.

et lib. 12.

— Phalanges
Stant denſae, ſtrictisque ſeges mucronibus horret.

Similiter Aeſchylus Sept. adv. Theb. v. 159.

δορυτίνακτος δ' αἰθὴρ ἐπιμαίνεται,

quae loca excitavit Stanlejus.

v. 612. μετοικεῖν γῆς] „Syntaxeos μετοικεῖν γῆς ratio conſiſtit in eo, quod μετοικεῖν in re idem ſit, quod μετοικους εἶναι, vel μετέχειν τῆς οικήσεως. Supra Perſ. v. 319. σκλη-

σκληρᾶς μέτοικος γῆς. Ex Soph. Oed. Col. v. 988. μέτοικον τῆς χώρας εἶναι." *Abresch.*

v. 613. ἀξυσιάστους] Ἀξύσιαστοι dicuntur, *quos non licet in servitutem asserere*, s. *quorum non dantur vindiciae secundum servitutem.*

v. 615. ἐὰν — καρτερὸν] *ac si vis forte adhibeatur.*

v. 616. γαμόρων] Civium Argivorum.

v. 617. ἄτιμον — δημηλάτῳ] *Ei nominis infamiam et exsilium a populo indictum iri.*

ξὺν φυγῇ δημηλάτῳ] Stephanus Byzant. agens de varia significatione vocis Δῆμος et aliarum ab ipsa deductarum, haec habet: καὶ σύνθετα δημηλάτης, Αἰσχύλος Ἱκέτισιν (ita scribendum)

Ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημήλατον

ὁ ἀπὸ τοῦ δήμου ἐλαθείς. Ubi pro δημήλατον vel scribendum δημηλάτῳ, vel potius ex mente Stephani δημηλάτην. Videtur enim cum ἄτιμον potius conjungere, quam cum φυγῇ. Potest et δημήλατος in Stephano pro δημηλάτης legi et δημήλατον posteriore loco. *Stanl.*

v. 620. μέγαν προφωνῶν] Haec lectio a Cantero primum ingenio reperta, sine dubio vera est. *Jovis supplicum praesidis iram magnam denuntians.* Et recepit in textum Porsonus.

v. 621. παχῦναι] Παχύνειν h. l. significat *angere*, *urgere.* Schol. lectionem in quibusdam codd. inventam affert πλατῦναι, quae quid h. l. significare possit, haud intelligo. Optativum παχύναι praeferendum censet Abreschius. Idem πολὺν παχύναι κότον verius putat, i. q. *ne Jupiter posthac iram multam exaugeat.* Neutrum necessarium; et πολὺν sententiam a poëtica oratione, quae in πόλιν παχῦναι spirat, ad pedestrem locutionem traduceret.

v. 621 sq.

v. 621 ſqq. ξενικὸν — πημονῆς πέλειν] *affirmans praeterea duplex illud piaculum, tum ſingulis civibus ex contemtu hoſpitum, tum univerſae urbi, ſi Danaides rerum ſuarum deſperatione adactae in ipſis deorum ſtatuis ſe ſuſpendiſſent, contractum, infinitum calamitatis nutrimentum fore.*

v. 625. ἄνευ κλητῆρος] Recte intpr. Scholiaſtes, ταῖς χερσὶν ἐπέκρανε, πρὶν εἰπεῖν τὸν κήρυκα· ἀράτω τὰς χεῖρας οὕτω ταῦτα δοκεῖ.

v. 626 ſq. δημηγόρους — τέλος] *Orationemque* regis *in concilio ad perſuaſionem argumentis accommodatam audivit populus;* Jupiter autem *felicem exitum conſilio dedit.* εὐπειθεῖς στροφαὶ de artibus oratoriis, quae vel argumentorum robore, vel apta ſententiarum et verborum conformatione demonſtrantur.

v. 629. ἀγαθῶν ποινὰς] Ποινὰ bono ſenſu; *bona vota, quibus beneficia remuneremur.*

v. 631. στόματος τιμαὶ ſunt ipſae Danaïdum preces, pro ſalute populi Argivorum, quippe quibus eum honorabant, ſeu digniſſimum eum eſſe, qui deorum beneficiis mactaretur, oſtendebant.

v. 631 ſq. ἐπ᾽ ἀληθείᾳ τέρμον᾽ ἀμέμπτως πρὸς ἅπαντα] *Jupiter hoſpitalis vero hoſpitum oris honores reſpiciat, ut omni ex parte vota noſtra ſine exceptione rata ſint.*

v. 633. νῦν ὅτε καὶ θεοὶ —] *Nunc tandem vos quoque dii, a Jove orti, audite nos fauſta huic generi* h. e. *populo precantes.*

v. 636 ſqq. μήποτε — Ἄρη] *ne unquam urbem hanc Pelaſgiam ferox Mars inconditum illaetabilemque clamorem edens incendat.*

v. 641 ſq. ἐν ἀρόταις θερίζοντα βροτοὺς ἀλωαῖς] *in aratis campis* (ubi proelia committuntur) *homines demetens.* Bothius conjecit ἐν ἀρότοις θερίζοντα βροτοὺς ἀναύλοις.

v. 642 ſqq. οὕνεκ' ὤκτισαν — ἀμέγαρτον] *quoniam miſerti ſunt noſtrum, benevoleque de ſalute noſtra decreverunt, ſupplicesque Jovis clientes reveriti ſunt, gregem noſtrum haud ſane invidia dignum.*

v. 646 ſqq. οὐδὲ — γυναικῶν] *Neque ſecundum viros,* patrueles noſtros, *decreverunt, mulierum cauſa deſerta.*

v. 649 ſqq. Δῖον ἐπιδόμενοι — δυσπολέμητον] *Reſpicientes divinum vindicem et inſpectorem inexpugnabilem.*

v. 651 ſqq. ὃν οὔτις — βαρὺς ὁ' ἐφίζει.] Vulgatum μιαίνοντα h. l. minime aptum jam alii intellexere. Non tamen placent emendandi rationes, a Pauwio Heathioque tentatae. Ad Aeſchyli uſum proxime accedit κοταίνοντα. Senſus: *quem nulla ſane domus in tecto optet iratum ſibi habere, gravis enim inſidet;* h. e. magno irarum pondere premit.

v. 659 ſq. ὑποσκίων ἐκ στομάτων] Recte Stanlejus intpr. ex eo, quod ori ſuo ſupplices puellae praetenderint olivae ramos. Sic ſupra v. 356 ſq.

Ὁρῶ κλάδοισι νεοδρόποις κατάσκιον
Νέον δ' ὅμιλον.

Inepte Abreſchius obloquitur, hoc errore deceptus, quod Regis juſſu depoſitis olivae ramis in ſylvam puellas diſceſſiſſe opinatur. At enim quod rex filias juſſerat in ſylvam concedere, v. 511. id ipſis puellis detrectantibus exitum non habuit. Et rex ipſe v. 523. his verbis πρὸς ταῦτα μίμνε — puellis ut ad aram deorum ἀγωνίων manerent conceſſit.

v. 664 ſq. μηδ' ἐπιχωρίοις Πτώμασιν αἱματίσαι πέδον] Incommode peſtis dicitur cadaveribus terram *cruentare.* Itaque et ſententiae et metri cauſa plauſum meretur Heathii emendatio, ἔρις poſt πέδον ſupplentis. Recte quoque poſt πέδον ſupplevit Porſonus γᾶς. Praeterea pro μήποτε λοιμὸς ἀνδρῶν aptius legi opinor μήποτε λιμὸς ἀν-

ἀνδρῶν. De peſte enim infra demum agitur v. 681 ſq. Si λιμὸς legas, ſenſus erit aptiſſimus: *fames numquam hanc urbem viris exinaniat, neve diſcordia civilis cadaveribus hoc ſolum cruentet.*

v. 666 ſqq. Ἥβας — ἄωτον] *Juventutis flos illibatus eſto; nec umquam Veneris concubitor exitialis Mars ejus florem demetat.*

v. 670 ſqq. Καὶ γεραροῖσι — νέμοιτο] *Et arae deorum ſenum* ſcil. ſacerdotum *miniſteriis frequentibus aſſiuant, ignibusque adoleſcant, ut urbs recte adminiſtretur.* γεραροὶ *venerandi*, haud dubie ad ſacerdotes pertinet. Inconcinne vertit Stanl. *et nobilium ſenes recipientes plenae ſint arae.* Quoniam tamen ſacerdotiis reges quoque aliique magiſtratus fungebantur, in γεραροῖσι ad hos quoque reſpici credibile eſt.

v. 677 ſq. Τίκτεσθαι — ἀεὶ] *Precamur quoque ut ſemper alii rectores terrae ſubnaſcantur*, qui in mortuorum principum locum ſuccedant.

v. 681 ſq. μηδέ τις ἀνδροκμὴς λοιγὸς ἐπελθέτω] Quoniam verſu praecedente partus mulierum felices optaverat Chorus, ſequentibus autem verſiculis v. 687 ſq. morborum cohortem deprecatur, ἀνδροκμῆτα λοιγόν non de belli calamitate, quippe quam jam v. 662 ſqq. averſatus fuerat, ſed potius de peſte accipio. Pro ἄχορος et ἀκίδαρις Porſonus ἄχορον et ἀκίδαριν in textum recepit, ut ad Ἄρη referatur. Quod quamquam per ſe haud ineptum eſt, tamen vulgata quoque commodum lectio habet, quo ſe tueatur. Pro βοάν τε ὀήμων, utique cum Pauwio et Heathio, quibus obſecutus quoque eſt Porſonus, legendum cenſeo βοάν τ' ἔνδημον. Jam optimus Aeſchyloque dignifſimus verborum ſenſus efficitur: *Neque vero peſtilentia homines perimens incidat hanc urbem laceratura, chororum et lyrae expers* h. e. illaetabilis et aerumnoſa, *lacrymoſum*

Martem et populares clamores excitans. Tota vero reliquorum *morborum triſtis cohors a civium robore abſit.*

Peſtis cum dicitur δακρυογόνον Ἄρη ἐξοπλίζειν, poſſet quidem ſic intelligi, quod ea occaſionem det hoſtibus civitatem hoc malo debilitatam et fractam bello perſequendi; attamen hoc paullo remotius ab orationis conſilio et nexu videtur. Aptiſſimum igitur fuerit Ἄρη δακρυόγονον de *miſerabili civium ſtrage*, *quae gravem peſtilentiam* non magis quam belli calamitatem ſequatur, intelligere. Sic enim Sophocles quoque Ἄρη *Martem* pro peſte poſuit; Oedip. Tyr. v. 190.

ὦ χρύσεα θύγατερ Διὸς
Εὐῶπα, πέμψον ἄλκαν,
Ἀρεά τε τὸν μαλερὸν
Ὃς νῦν ἄχαλκος ἀσπίδων
Φλέγει με περιβόητος ἀντιάζων
Παλίσσυτον δράμημα νωτίσαι
Πάτρας ἄπουρον. —

Bothius reſcripſit δακρυογόνον ἀρὰν, haud male; modo ἀρὰν *calamitatem* potius quam, ut ille, *diram* interpreteris.

v. 686. ἐξοπλίζων „Omnino levi τοῦ Α in Λ permutatione veram hic reſtituimus lectionem pro vulg. ἔξω παίζων. Ita enim et infra loquitur v. 705.

πρὶν ἐξοπλίζειν Ἄρη,

et v. 97 et 98.

βίαν ἐξοπλίζε.

Non abſimilis eſt vetuſtus ille error apud Harpocrationem in χιλιωθέντα, quem in lexicon ſuum transſcripſit Suidas, quod explicat χίλια σοφὰ ὄντα et Portus transfert in Suida *mille ſapientia exiſtentia.* Legendum eadem τοῦ Α in Λ permutatione χιλίας ὄφλοντα *mille drachmis multatum.* — *Stanl.*

v. 687 ſq. νούσων — ἀτερπὴς] Omninoque totus *morborum cohors illaetabilis a civium robore abſit.*

v. 689.

v. 689 ſq. εὐμενὴς — νεολαίᾳ] *Ac propitius ſit Lyceus Apollo univerſae juventuti;* nempe valetudinem ejus tuendo, quod in deum ἰατρικὸν cadebat. cf. de Apolline medico Spanhem. ad Callim. hymn. in Apoll.

v. 691 ſqq. παρποτελῆ — τελέθοι] *Jupiter vero efficiat, ut tellus frugifera tempeſtivo omnium anni horarum proventu affluat, pecudesque multiplices foetus edant.*

v. 697. ἐπιβοῶεν] Pauwius metri cauſa ἐπιβῶεν reſcribere jubet. Repugnat Heathius, quia in voce ἐπιβοῶεν ſyllabam catalecticam praecedat choreus, jambo antithetico aequipollens.

v. 699 ſq. ἀγνῶν — φιλοφόρμιγξ] Haec de precibus et cantibus ad lyram intelligo, quibus populus inter ſacrificia ſolemnia deorum pacem expoſcebat.

v. 701 ſq. φυλάσσοι τ' ἀσφαλεῖς τιμὰς τὸ δήμιον] *Populus in honore ſemper habeat magiſtratus.* Vulg. φυλάσσοι τ' ἀτιμίας τιμάς expoſuit Stanl. *caveatque ab inhonoris honoribus communitas*, quod quid ſit, aut quo pertineat, haud intelligo. Nullus dubito vocabulum ἀτιμίας corruptum eſſe, et quod reſcripſi ἀσφαλεῖς ad ſenſum aptiſſimum, et a ſcripturae veſtigiis non nimis remotum eſt. Scholiaſtes quoque idem legiſſe videtur. Totam enim ἕξιν interpretatur: ἀμετακίνητοι εἶεν αὐτοῖς αἱ τιμαί. Idem vocem ἀτιμίας per ἀσφαλείας explicat, quae quidem interpretatio manifeſte prodit eum in codice ſuo non ἀτιμίας, ſed aliud quid legiſſe.

v. 702 ſq. τὴν πτόλιν — ἀρχὰ] *populumque regat magiſtratus providus*, et *communiter conſulens.* Male enim εὐκοινόμητις reddidit Stanl. *cum populo conſilia communicans.* Exemplar Aurati habet εὖ κοινόμητιν, qua lectione ſenſus oritur minime ineptus: *populumque magiſtratus conſervet communium commodorum ſtudioſum.*

v. 704 ſqq. ξένοισι — διδοῖεν] *Et hoſpitibus* ſ. peregrinis gentibus, *ad amicam compoſitionem proclives, priusquam*

quam bellum parent, id quod juſtum eſt, ſine damno tribuant. Stanl perperam: *hoſpitibusque feliciter, priusquam arment Martem lites absque damno concedant.* εὐξύμβολος eſt *cum quo facile paciſcimur, ad amicam litis compoſitionem pronus* ἄτερ πημάτων ad Argivos pertinet. Nempe qui juſte cum aliis agit, facile damno ac detrimento caret.

v. 706. δίκας ἄτερ πημάτων διδοῖεν] Pauwius quia ipſi in Strophe et Antiſtrophe tertia eadem illa repeti videbantur, quae in Strophe et Antiſtrophe ſecunda jam dicta eſſent, duplicem olim tragoediarum recenſionem fuiſſe opinatur, in quibus illae ſtrophae variaverint, poſthac in unum exemplar confuſae. At qui interpretationem noſtram paucasque textus correctiones amplexus fuerit, nullibi tautologia offendetur. Chorus enim v. 662. famem, v. 664. diſcordias civiles, v. 666. caedes juvenum bellicas deprecatur, v. 670 ſqq. optat, ut deorum cultus vigeat, v. 677 ſq. ut probi identidem magiſtratus ſuccreſcant, v. 679. omninoque felici prole mulieres patriam ditent, et ut hi populo cum benevolentia et prudentia praeſint, peregrinis autem juſtitiam et aequitatem praeſtent. Deinde v. 681. peſtem omninoque v. 687. morborum contagia averſatur, et ut Apollo juventutis valetudinem curet, optat v. 689. Porro fertilitatem agrorum v. 691. pecorum foecunditatem v. 693. omninoque omnem proſperitatem populo a diis expetit v. 696. muſarum carminibus et bonis omnibus proſequendam v. 697 ſqq. Denique precatur, ut magiſtratibus honos habeatur v. 702.

v. 707 ſq. Θεοὺς δ' οἳ γᾶν — ἐγχωρίους] „Legem a Triptolemo latam, a Dracone reſtitutam, reſpicit, hanc nimirum: Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀθήνα νεμομένοις κυρίως τὸν ἅπαντα χρόνον Θεοὺς τιμᾶν καὶ Ἥρωας ἐγχωρίους. Caeremoniarum et rituum patriorum obſervantiſſimos fuiſſe Athenienſes tradit Iſocrates in Areopagitica: ἐκεῖνο μόνον ἐτήρουν ὅπως μηδὲν μήτε τῶν πατρίων καταλύσωσι, μήτ' ἔξω τῶν νομι-

νομιζόμενων προσθήσωσιν. Alienigenas tamen Deos, etiam omnium paene gentium, adſcitos ſuiſſe conſtat ex Ariſtophanis verſu hoc,

Αἴγυπτον αὐτῶν τὴν πόλιν πεποιήκασιν ἀντ' Ἀθήνων,

ad quem alludit Cicero lib. 2. de legibus, *novos vero Deos ſic Ariſtophanes facetiſſimus poëta veteris Comoediae vexat, ut apud eum Sabazius et quidem alii Dii peregrini judicati e civitate ejiciantur.* Inſignis eſt locus apud Lyſiam Orat. contra Nicomachum. οἱ τοίνυν πρόγονοι τὰ ἐκ τῶν κύρβεων θύοντες μεγίστην καὶ εὐδαιμονεστάτην τῶν Ἑλληνίδων τὴν πόλιν παρέδοσαν. Et paulo poſt, ὅστις πρῶτον μὴν τὰ πάτρια θύειν, ἔπειτα ἃ μᾶλλον συμφέρει τῇ πόλει, ἔτι δὲ ἃ ὁ δῆμος ἐψηφίσατο· quibus in verbis ſacrificia decreto populi inducta, non curiae Areopagiticae, quod voluit Petitus. Nec favet illi locus Harpocrationis, quem citat, in Ἐπιθέτους· ἐλέγετο δὲ γὰρ αὐτοῖς καὶ ἐπιθετά τινα ὁπόσα μὴ πάτρια ὄντα ἡ ἐξ Ἀρείου Πάγου βουλὴ ἐδίκαζεν. Nam ἐπίθετα δικάζειν eſt de rebus peregrinis judicare. Notandum etiam, τὰ ἐκ Κύρβεων idem valere ac τὰ πάτρια ἱερά, ut cum Lyſias Oratione modo laudata, τὰ ἐκ τῶν Κύρβεων μόνον ἔθυον." *Stanl.*

v. 708. πατρῴοις] Metrum poſtulat πατρῴαις, quod recte Pauwius monuit.

v. 709. ὀαφνηφόροις βουθύτοισι τιμαῖς] Fortaſſe ſcripſit poëta:

ὀαφνηφόροις' βουθύτοις τε τιμαῖς

alludens ad duo feſta Athenis celebrari ſolita, quorum alterum Δαφνηφόρια, alterum Βουφόνια appellabatur.

v. 710. τὸ γὰρ τεκόντων σέβας] Illud γὰρ ad πατρῴοις referendum. Nimirum qui more *majorum* deos colunt, ipſis quoque majoribus et parentibus ea re honorem habent, quod ritus ſacros ab ipſis acceptos haud aboleri patiantur.

v. 711. τρίτον τόδ'] „τρίτον non ordine tertium, ſed ex tribus unum. Porphyrius de Abſtinent. lib. 4. φασὶ

δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι καὶ τῶν νόμων αὐτου τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ Φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι. τοὺς δὲ γονεῖς τιμᾷν, Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, Ζῶα μὴ σίνεσθαι. Poſtrema verba minor a Petito ad leges Atticas transferri: *carnibus non veſcendum*, cum paulo poſt Xenocrates tam clare explicet, προσέταξεν τοῖς καρποῖς τοὺς θεοὺς τιμᾶν. ὑπολαβὼν μᾶλλον ἂν διαμεῖναι τὴν ταύτην, εἰ μὴ γίγνοιντο τοῖς Θεοῖς διὰ τῶν ζώων θυσίαι." *Stanl.*

v. 716. ἱκεταδόκου — σκοπῆς] Nimirum ara τῶν ἀγωνίων θεῶν in paullo editiore loco erat poſita, unde proſpectus in mare patebat.

v. 716 ſq. ὁρῶ τὸ πλοῖον] „Signate τὸ πλοῖον, *navem video* ſcil. illam quam *venturam metuimus.*" *Abreſch.*

v. 717. εὔσημον — λανθάνει] Satis *inſignita eſt navis ut me latere non poſſit.* Abreſchius poſt γὰρ colo diſtinguendum cenſet, ſuppleto ἐστί. Sed hac ellipſeos figura hic facile caremus. εὔσημον οὔ με λανθάνει, i. e. ac εὔσημον ὂν οὔ με λανθάνει.

v. 718. στολμοί — νεῶς] ſcil. οὐ λανθάνουσί με. Agnoſco quoque *velorum ornamenta et tabulata navis.* παραῤῥύσεις νεὼς i. q. alias παραῤῥύματα.

v. 719 ſqq. καί πρῷρα — φίλη] *Neque vero me fugit prora oculos ad viam dirigens*, h. e. recta via ad littus noſtrum procedens, *nimis bene gubernaculi in puppe conſtituti remigio parens, quippe haud amica nobis adveniens.* Poëtica audacia prorae et oculos et aures tribuit. Abreſchius poſt ὡς ἂν οὐ φίλη ſubintelligendum cenſet κλύοι, q. d. *amica ſi eſſet navis, non melius audiret clavum*, ſ. amica ſi eſſet, optare non poſſemus ut celerius hac curſum dirigeret. Sed haec ἀπροσδιόνυσα ſunt. Aptius ad partes vocavit Statium Theb. v. 512. *clavum audire negantem proram.*

v. 722. μελαγχίμοις] Spanh. ad Callimach. hymn. in Cererem v. 11. amplectitur lectionem μελαγχύμοις, idque epithe-

epitheton de Aegyptiis usurpari ait, vel ob nigram illius regionis terram, ut eam vocat Plutarchus de Iside p. 364. ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον οὖσαν, unde quoque instar nigrae partis oculi χημία sit eadem dicta, aut prout μελάμβωλος juxta Eustath. ad Periegetam p. 368. sit appellata, sive *a nigro colore ipsorum incolarum*, ut μελαγχύμοι dicantur Aegyptii quasi *nigro succo tincti*. At μελαγχίμοις verum est, quod simpliciter notat *homines nigros*, quales erant remiges in Aegypti filiorum navibus.

v. 725 sq. αὐτὴ — ἐρέσσεται] *ipsa vero navis dux ceterarum velis contractis omnibus viribus remigatur.* Παγυρότως de omnium remorum pulsu, nemine remigum laborem intermittente.

v. 727 sq. ἀλλ' ἡσύχως — θεῶν] *Veruntamen vos decet hoc negotium quiete et moderate intueri, et in invocandis hisce numinibus perseverare.*

v. 729. ἐγὼ — λαβὼν] *Ego vero mox adero auxiliatores et causae patronos huc adducens*, qui scilicet nos vel vi, si opus sit, defendant, vel de jure cum inimicis nostris disceptent.

v. 730 sq. ἴσως — ἐφάπτορες] Male Ed. Glasg. hos versiculos Choro puellarum assignavit. Imo haud interrumpitur regis oratio usque ad v. 736. *Fortasse autem ad nos vel praeco, vel legatus aliquis veniat, qui vos abducere velint, vindicias postulantes.*

v. 732. μὴ τρέσητέ νυν] *nolite igitur timere.* Lectio μὴ τρέσητέ νιν, quam praebent Ald. et Rob., si cui placeat, νιν exponendum αὐτούς, ut saepe.

v. 733 sq. ὅμως — ποτέ] Hos quoque versiculos Choro Ed. Glasg. assignavit, haud majore jure quam illos. Sed pro vulg. εἰ βροδύνοιμεν βοῇ haud dubie legendum:

εἰ βραδύνοι μὲν βοή.

Optimum tamen fuerit, si auxilium, quod accersiturus sum, forte moretur, hoc praesidium, deorum scilicet, *haud ne-*

gligere. Βοὴ hic pro βοηθείᾳ poni Scholiaſtes notavit, nec video, quid obſtet, quo minus eum ſequamur. Eadem enim ratione, qua e βοὴ *clamor* fluxit ſignificatio *pugnae*, ſ. *praelii*, transferri potuit ad auxilium, quod iis, qui ab hoſtibus opprimuntur, ſive ſponte, ſive petitum praeſtatur. Nec male huc trahit Abreſchius locum Agam. v. 1360., ubi κηρύσσειν βοὴν eſt ad *auxilium convocare.*

v. 735 ſq. Θάρσει — δίκην] *Animoſae igitur eſtote, certo enim tempore certoque et opportuno die mortales quidam, qui deos haud reverentur,* (Aegypti filios deſignat) *poenas luent.*

v. 737 ſqq. Πάτερ — δείματι] *O pater, timeo, naves enim celeriter volantes advenient, nec ulla temporis mora. Profecto me terribilis timor invadit! Longi autem itineris ac fugae jam nullus mihi eſt fructus; pereo pater, prae timore!*

v. 738. μῆκος] „Baſil. Ep. 244. Sect. 3. χρόνος οὐ πολὺς ἐν τῷ μέσῳ." *Abreſch.*

μῆκος δ' οὐδὲν ἐν μέσῳ χρόνου] „Non diu erit priusquam adveniant. ἐν μέσῳ *interea*, quae phraſis ſaepius reperitur apud Euripidem: ut in Heraclidis v. 175.

— χ' ὁὐν μέσῳ πολὺς χρόνος,
ἐν ᾧ διεργασθεῖτ' ἄν —

et in Helena v. 636.

— πολλοὺς δ' ἐν μέσῳ λόγους ἔχων
Οὐκ οἶδ' ὁποίου πρῶτον ἄρξωμαι τανῦν.

et in Phoeniſſis v. 591.

Μάτερ οὐ λόγων ἄγων ἐστ'. ἀλλ' ἀνάλωται χρόνος
Οὐν μέσῳ μάταν· περαίνει δ' οὐδὲν ἡ προθυμία.

atque hoc loquendi genus a Graecis mutuati ſunt Latini. Virgil. Aeneid. 9.:

Nec longum in medio tempus, cum clamor ad aures
Pervenit ac videt Euryalum." — — *Stanl.*

v. 740.

v. 740 ſq. οὔ τι μοι, παροίχομαι] Vulgata lectio:

Πολυδρόμου φυγᾶς ὄφελος εἴ τι μοι
Παροίχεται, πάτερ, δείματι.

ſatis aptum quidem ſenſum praebet: *longae fugae ſi quis mihi fructus fuit, is jam pater omnis timore evaneſcit.* Et ſic ſcholiaſtes quoque accepit, exponens: ὅσον μοι προγέγονεν ὄφελος διὰ τῆς ἐνθάδε φυγῆς, τῷ δείματι νῦν παροίχεται. Ἀπιστῶ γὰρ εἰ τεύξομαι ἐπικουρίας. Attamen quod Rob. ed. praeeunte, quae habet παροίχομαι, reſcripſimus, antiquius videtur, ac doloris vehementiae convenientius. Sic ut infra v. 789. οἴχομαι φόβῳ.

v. 742. ἐπεὶ τελεία ψῆφος] Cf. v. 604. 608 ſqq.

v. 744 ſqq. ἐξῶλες — ξὺν στρατῷ] *Perditum eſt ac protervum Aegypti genus, pugnae inſatiabile; nec te ipſum, quod dicimus, fugit. Ligno compactis inſtructi navibus nigris, ira bene collimante*, ſ. *viam monſtrante, una cum nigrorum militum cohorte huc appulerunt.*

v. 748. πολεῖ] Veram hanc Stanleji emendationem ſenſus liquido confirmat. Et alibi Aeſchylus hac forma utitur, ut Agam. v. 732. πολέα ὀ' ἐσχ' ἐν ἀγκάλαις. Heſych. Πολεῖς, πολλούς. Et Πολέας, πολλούς.

v. 749 ſq. ἐν μεσημβρίας θάλπει] Sic emendandum cenſuimus; *in meridianis caloribus.* Vulgata lectio ἐν μεσημβρίᾳ θάλπει minus elegans eſt et minus appoſita. Nam θάλπει *caloribus* non efficitur, ut homines robuſtiores fiant, ſed exercitiis et artibus gymnaſticis ad meridiem usque continuatis.

v. 750. εὖ κατεῤῥινημένους] Si verbum a ῥινὴ *lima* ductum eſt, βραχίονα εὖ κατεῤῥινημένοι ſunt homines, qui artibus gymnaſticis lucta potiſſimum et pugilatu brachia reddiderunt agilia, ſ. *quorum lacertos exercitatio expreſſit*, ſ. *conſtrinxit*, ut ait Quintil. Inſt. or. VIII. 3. XII. 10. ſicut inſtrumenta bene limata eo ipſo fiunt habiliora et ad uſum aptiora. Heſych. Κατεῤῥινωμένοις· εὐτελέσιν. et mox: Κατεῤῥινωμένον· καταπεπυκασμένον, καταδεδερματωμένον.

μένον. Secundum ultimam interpretationem verbum a ξινὸς *pellis* deducendum eſſet. Sed illud verius. Cf. Spanhem. ad Ariſtoph. Ran. v. 931.

v. 751 ſq. μόνην — ἀλέγοντες οὐδέν.] *Solam vero me ne hic relinquas, ſupplex te oro pater. Nihil eſt mulier ſolitaria. Non enim ineſt robur bellicum. Vafri autem iſti et aſtuti impuris animis corvorum inſtar, aras deorum haud reverentes.*

v. 754. ὀυσάγνοις Φρεσσὶν] Metrum carere non poteſt ſcriptura ed. Robort. Φρεσίν.

κόρακες ὥϛτε] quia corvi nimirum ſaepius ex viſceribus in ara poſitis aliquid rapiebant. In Stanleji verſione feſtinantis calami errore ſcriptum eſt, *taurorum* inſtar, quod vitium in Pauwii quoque editionem tranſiit.

v. 756. καλῶς ἂν] Porſon. edidit: καλῶς γ' ἄν, haud male.

v. 757. εἰ σοί τε καὶ θεοῖσιν ἐχθαιρόιατο] *Bene quidem hoc nobis, o filiae, conducat, ſi tibi* (vobis) *non magis quam diis exoſi ſint;* nimirum quod βωμῶν οὐκ ἀλέγουσι.

v. 758 ſqq. οὐ μὴ — θεῶν οὐδὲν ἐπαΐοντες] *Non ſane tridentes hosce ac deorum majeſtatem reveriti a nobis manus abſtinebunt, o pater. Nimis enim feroces ſunt irae ſuae impietate, protervi, canina audacia et impudentia inducti, deos minime audientes.*

v. 763 ſq. ἀλλ' ἔστι — κυνῶν εἶναι] *At lupi feruntur canibus validiores eſſe.* Quod Aegyptii filios cum canibus comparat, ejus cauſa non aliunde quam ex antecedenti Chori dicto repetenda, qui eos κυνοθρασεῖς appellaverat. Itaque prorſus ἀπροσδιόνυσα hic attulit Stanlejus, cur lupis Argivi comparentur. Nihil aliud hac ſimilitudine innuit poeta, quam Argivos fortiores eſſe.

v. 764. βύβλου — στάχυν] „Aegyptios papyro cibi loco veſci ſolitos teſtatur Dioſcorides lib. 1. cap. 116. de papyro: Ἔχει δὲ ἡ ῥίζα αὐτῆς καὶ τρόφιμον. διαμασσώμενοι γοῦν αὐτὴν οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ἀποχυλίζουσιν ἐκπτύοντες τὸ διαμάσση-

μάσσημα. Theophraſtus hiſt. plant. L. 4. c. 9. de papyro Aegypt. μάλιστα δὲ καὶ πλείστη βοήθεια πρὸς τὴν τροφὴν ἀπ' αὐτοῦ γίνεται· μασῶνται γὰρ ἅπαντες οἱ ἐν τῇ χώρᾳ πάπυρον, καὶ ὠμόν, καὶ ἑφθόν, καὶ ὀπτόν. καὶ τὸν μὲν χυλὸν καταπίνουσι, τὸ δὲ μάσσημα ἐκβάλλουσι. Horum itaque verborum ſenſus videtur: Tanto Aegyptii imbelliores ſunt Graecis, quanto minus robuſta eſt papyrus, eorum cibus, quam frumentum Graecorum, quippe cum non valeat ſpicam ferre. Hoc Aeſchyli dictum in proverbium tranſiit, cujus meminit Zenobius verbis paulo immutatis: Βύβλου δὲ καρπὸν οὐ κρατεῖ σταχὺς ἐπὶ τῶν οὐ δυναμένων τοῖς ἰδίοις χρῆσθαι καλοῖς· παρόσον ἀσθενὴς ἡ βύβλος πρὸς τὸ φέρειν σῖτον· στάχυας γὰρ ἀνατέλλουσα οὐκ ἐντρέφει. Verum ex his ultimis verbis corrigenda ſunt prima: conſtat enim eum ſcripſiſſe, cum Aeſchylo noſtro, Βύβλου δὲ καρπὸς οὐ φέρει στάχυν. Aſtipulatur et Suidas, apud quem tamen hoc modo legitur:

Βύβλου δὲ καρπὸς οὐκ αἴτει στάχυν μέγαν,

ubi pro οὐκ αἰτεῖ legendum οὐ κράτει monuit Eraſmus." *Stanl.*

Lectio κρατεῖ hic unice vera. Senſus eſt: *et papyri fructus non eſt ſpica praeſtabilior*, h. e. extra metaphoram: Aegyptii non ſunt Argivi fortiores.

v. 765. Ὡς καὶ] Hae particulae parum aptae ſunt ad nexum ſermonis, qui potius exigit, ut legatur:

Ὅμως ματαίων ἀνοσίων τε κυωδάλων.

Nihilo ſecius tamen hosce inimicos noſtros ferarum et immitium beluarum iras in pectoribus gerentes diligenter cavere oportet.

v. 766. καλῶς] Quod ante nos in omnibus editionibus legebatur κράτος, plane ob conſtructionem ferri nequit. Senſus poſtulat καλῶς, quod librarius in κράτος mutavit, quia dum καλῶς ſcribere vellet e v. 764. κρατεῖ oculis et animo obverſabatur. Καλῶς φυλάττεσθαι ſ. φυλάττειν ſaepius occurrit, e. c. Eurip. Phoen. v. 738.

v. 767.

v. 767. οὗτοι ταχεῖα —] Pater filias conſolaturus affirmat haud adeo celeriter Aegypti filios navibus exituros. *Non adeo celeris eſt maritimi exercitus* ſ. *militum claſſiariorum motus; neque vero* ſtatim reperitur *ſtatio* navibus idonea, *nec ſecuritas funium*, h. e. locus, ubi tuto naves funibus alligentur.

v. 768. πεισμάτων σωτηρία] Falſo Scaliger ex interpretamento Scholiaſtae πείσματα σωτήρια colligebat, eum σωτήρια in codice ſuo legiſſe. Imo potius Enarrator graecus locutionem πεισμάτων σωτηρία idem valere ac πείσματα σωτήρια ſignificat.

v. 769 ſqq. οὐδ' ἐν ἀγκυροὺχίαις — ἁλίμενον χθόνα] *neque anchoris ſtatim ac temere confidunt navium rectores, praeſertim ſi accedant ad litus importuoſum.*

v. 773. ὠδῖνα — σοφῷ] Hujus loci meminit Plutarchus libello: non poſſe ſuaviter vivi ſecundum Epicurum, ἀλλ' ὥςπερ ἐν θάλασσῃ κατ' Αἰσχύλον

ὠδῖνα τίκτει νὺξ ὑβερνήτῃ σοφῷ.

v. 774. οὕτω] fortaſſe rectius οὗτοι, ut antea v. 767. *ideoque nec ſatis tuto licet claſſiariis in terram eſcendere, antequam de ſecura ſtatione navibus fuerit proſpectum.*

v. 777 ſq. ἄγγελον — φρενί.] *Senem vero nuntium* hoſtilis incurſionis patrem veſtrum *haud improbabit civitas, eloquentia et prudentia ſatis*, etiam in ſenecta, *vigentem.*

IN SCENAM VI.

v. 779 — 837.

v. 779 ſqq. ἰὼ γᾶ βοῦνις — ὀλοίμαν] *Eheu, o terra collibus frequens, merito nobis veneranda, quid patiemur? quorſum in hac Apia terra fugiemus, ſi quod uſpiam ſit obſcurum latibulum? O utinam ater fierem fumus, ut Jovis nubibus appropinquarem! Utinam omnino, inviſibilis pulveris ritu ſine alis evolans, perirem!*

v. 780.

v. 780 ſq. ποῖ φεύγωμεν Ἀπίας χθονός] male Stanl. *quo fugiamus Apia a terra?* non enim animus erat e tota Peloponneſo fugere. Rectius: *quorſum in hac Apia terra fugiamus?*

v. 781. κελαινὸν κεῦθος *obſcurum latibulum*, a nemine inveſtigandum.

v. 782 ſqq. Quo altius fumus in aërem eſcendit, eo magis oculis ſubducitur, donec quaſi cum nubibus permiſtus prorſus evaneſcat; hinc imaginem puellae ducunt longinquae fugae, in qua omnium oculos effugiant.

v. 785. ἀμπτᾶσα] *evolans absque alis* (non *circumvolitans*, ut Stanl.)

v. 787. ἄφυκτος δ' οὐκ ἔτ' ἂν πέλοι γε κἠρ] *Nunc profecto nobis haud effugere licet perniciem.*

v. 789. πατρὸς σκοπαὶ δέ μ' εἶλον·] Si σκοπαὶ *ſpeculationem* interpreteris, puellae ſe, non obſtante patris vigilantia, captas eſſe queruntur. Sed melius σκοπαὶ de πάγῳ ἀγωνίων θεῶν intelliguntur, ad quem patris conſilio fugerant, cf. v. 203 ſq. Eundem πάγον Danaus ipſe, utpote editiorem, σκοπὴν appellaverat. Itaque hoc volunt, ni fallor, puellae: *Receptaculum hoc quod pater nobis tamquam tutum perfugium commendavit, nihilo ſecius nobis illuſit, nosque perdidit.*

v. 790 ſq. θέλοιμι — σαργάναις] Suſpendio vitam finire malunt puellae, quam in Aegypti filiorum manus conveniant. *Malim autem mortem in laquei vinculis oppetere.* Τὰ μόρσιμα de *morte*, ſ. *fatali die*, ut τὸ μόρσιμον Choëph. v. 100.

v. 792 ſq. πρὶν — τῷδ' ἐγχριμφθῆναι] Τῷδε ſcil. σώματι, pronuntiatur δεικτικῶς. Ad ſententiam ſimiliter v. 807. Ἐλθέτω μόρος πρὸ κοίτας γαμηλίου τυχών. Quod in edd. hic aſſuitur, χεροῖν, nec metrum nec ſententia fert.

v. 795.

v. 795. πρόσθεν] Hoc pro vulg. πόθεν in textum recipere haud dubitavi; requiritur enim adverbium idem quod πρόπαρ significans. *Citius priusquam illud fiat, sedes mihi contingat, ad quam aërea nubes aquosae confluant et nives, aut praerupta, capris inaccessa, inhospitalis, solitaria, vasta, vulturibus habitata rupes, quae profundum lapsum mihi denuntiet.*

v. 797 sq. ἀπρόσδεικτος, si genuinum est, vix aliud significat quam petram, cujus cacumen ob summam altitudinem nemo digitis demonstrare potest. At si legatur ἀπρόσδεκτος, quod Abreschio in mentem venit, esset *inhospitalis, neminem facile ob altitudinem admittens.* Idem in ἀπρόϊκτος conjectura incidit, quo facile caremus.

v. 798. οἰόφρων et ἐρημὰς ita componuntur, ut apud Lucianum in Caucaso ἐρήμη καὶ ἀπάνθρωπος γῆ, ut nimirum οἰόφρων proprie ad solitudinem, ἐρημὰς autem ad vastitatem s. incultam speciem referatur. Sic Prometheus querebatur se τυχόντ' ἐρήμου τοῦδ' ἀγείτονος πάγου. v. 270.

v. 799. γυπίας s. ut Scaliger rectius esse scribendum judicat, γυπιὰς, *ubi vultures nidificant. Vultures enim*, ut ait Plin. H. N. X. 6. *in excelsissimis rupibus nidificant, adeo ut nidos eorum nemo attingat.*

v. 799. sq. βαθὺ πτῶμα μαρτυροῦσά μοι] apte comparat Abreschius Juvenal. Sat. v. 106. *Excelsae turris tabulata, unde altior esset casus, et impulsae praeceps immane ruinae.*

v. 801 sq. πρὶν — κυρῆσαι] *antequam invito animo in violentas iustas nuptias incidam.* Scholiastes verba sic jungit: πρὶν γάμου κυρῆσαι βίᾳ ὁπλίτορος καρδίας, *antequam in nuptias incidam, quae violenter cor meum discerpant*, exponit enim τοῦ γάμου ὁπλίτης τῆς καρδίας μου. Verum implicita haec et perplexa constructio verborum haud placet. Βίᾳ καρδίας est *invito animo*, ut ἀεκόντων λέκτρων v. 40. et διάκτο-

δαΐκτωρ γάμος eſt *matrimonium vi hoſtili obtruſum.* cſ. v. 38 ſqq. v. 150. v. 832 ſqq.

v. 805 ſq. τῷ γὰρ θανεῖν ἐλευθεροῦμαι φιλαιακτῶν κακῶν.] *morte enim ab aerumnoſis hisce calamitatibus liberamur.*

v. 810. τέτμω] Porſonus τέμνω revocavit e Robortell.; cujus quidem lectionis veſtigia quoque in corrupta Ald. ſcriptura τέκνω remanſerunt. Vulg. εὕρω ex interpretatione verbi τέτμω ortum videtur, quod repoſuimus. Heſych. τέτμῃς, εὕρῃς, καταλάβῃς.

v. 812 ſqq. μέλη λίτανα — τέλεα — πελόμενά] *carmina precatoria quae bonum* harum rerum *exitum efficiant.*

v. 814. Λύσιμα γάμου δ' ἔπιδε] *Circumſpice vero liberationem a nuptiis.* Sic ſenſus aptiſſimus. Vulg. μάχιμα corruptum. Id et ſequentia confirmant (βίαν εἰ φιλεῖς ὁρᾷν) et ſimilis locus v. 103. ἰδέσδω δ' ἐς ὕβριν etc.

v. 827 ſqq. Hunc locum miſere ab interpretibus et criticis vexatum ita refinximus, ut ad ſenſum certe nihil deſideretur. Puellae a litore audiunt clamores remigum, appellere navem feſtinantium! *(Auditisne clamores?) Oh, oh, oh, ah, ah, ah! Jam navales iſti raptores in eo ſunt, ut in terram eſcendant. Illorumque ante terram* ſ. haud procul a litore *remigum labor huc appellens hoſtilem clamorem edit. Et haec quaſi prooemia video aerumnas ex violento raptu nobis imminentes antecedentia.*

v. 828. μάρπτις] Heſych. μάρπτυς, ὑβριστής. Sed proprie eſt *raptor*, *prehenſor*, et Heſychius in interpretatione, quae h. l. videtur reſpicere, adjunctam potius quam propriam ſignificationem vocabuli expreſſit. Ceterum fieri poteſt, ut triplex forma μάρπτυς, μάρπτης, μάρπτις olim uſitata fuerit.

v. 829. ὠὸπ, ὄπ] Has exclamandi formulas, quas pro vulgatis ἰὸφ ὀμ, quae ſane corrupta ſunt, remigibus

navem ad littus apellentibus proprias fuiſſe intelligitur ex Ariſtoph. Ran. v. 180. 210.

v. 832. ὁρῶ τάδε φροίμια πρόξενα] Remigum clamores navem Danaidibus fatalem et luctuoſam ad littus appellentium aptiſſime dicuntur *prooemia* laborum, et πρόξενα ſunt h. l. αἴτια. Sic etiam Euſtathius πρόξενα κακοῦ σωτηρίας, φθορᾶς dici teſtatur.

v. 834 ſqq. ἰέ, ἰέ, βαῖνε — Ἄναξ προτάσσου] *Heu heu, propera celeriter ad auxilium; adverſus abominabilem amoris patruelium voluptatem nobis quidem ſive in nave, ſive in terra intolerabilis, o rex, nos tuere.*

IN SCENAM VII.

v. 838 — 911.

v. 838 ſq. σοῦσθε — ὅπως ποδῶν] *Auferte vos hinc ad navem ocyſſime, quantum poteſtis.*

ἐπὶ βᾶριν] cf. Potter ad Lycophr. Caſſandram v. 747.

v. 839. ὅπως ποδῶν ſcil. ἔχετε. Eſt idem ac ὅσον τάχιστα.

v. 840 ſqq. οὐκοῦν οὐκοῦν — κρατός.] Si recte haec Choro tribuuntur, ſenſus eſt: *Ergo nos manent capillorum vulſiones, punctiones, cruenta letifera capitis abſciſſio.* Scholiaſtes autem in his praeconis minas continuari exiſtimavit. Nam adverbium οὐκοῦν ſic exponit: ἰδίως τοῦτο, ἀντὶ τοῦ, εἰ δὲ μή. Quae quidem gloſſa facit, ut ſuſpicer eum ſic legiſſe:

εἰ δ', οὐκοῦν τιλμοὶ,
τιλμοὶ καὶ στιγμοὶ.

Sin minus, ergo vos manent capillorum vulſiones, punctiones etc.

v. 846 ſqq. εἰ δ' ἀνὰ πολύῤῥυτον — ἄταν] *Sin minus, ad multifluum falſum mare, tyrannica cum violentia et lancea ferro*

ferro vincta cruentatam in nave te collocabo, ubi te, si obstrepere perrexeris, vi fortiore te jubebo mentis insaniam dimittere.

v. 848. γομφοδέτῳ τε δορὶ] Stanl. nimium quantum a sensus veritate aberravit, vertendo: *naveque cuneis compacta.* Agitur de violentia, qua Danaides in navem coacturus sit praeco, agendo, trahendo, trudendo, *lanceae ictibus vulnerando.*

v. 855 sq. λεῖφ' ἕδρανα, κἰ' ἐς δέρυ, ἀτίετ' ἀνὰ πόλιν εὐσεβεῖν] *Relinque sedes istas, concede in navem; inutile est hic in urbe deos venerari.*

Ἀτίετα sc. ἐστί pro ἀτίετον, plurali, ut saepe, pro sing. posito. Scholiastes perquam inepte εὐσεβῶν pro genit. pl. ab εὐσεβὴς accepit, quasi sensus esset: *non mactaberis honore in urbe piorum.*

v. 857. ἀλφεσίβοιον ὕδωρ] Nili descriptio. Ut hic appellatur *pecora pascens* s. *pinguefaciens*, sic Pers. v. 33. πολυθρέμμων. *Nunquam iterum videam altricem* Nili *aquam, unde vitalis sanguis mortalibus augetur*, seu *cujus latices salubres et ad corporis robur augendum conducibiles sunt.*

v. 860 sq. ἅγιος — γέρον] Scholiastes in codice suo legisse videtur:

Ἀναξί' ἐγὼ βαθυχαῖος
Βαθρείας, βαθρείας, γέρον.

explicat enim: ἐγὼ ἡ βαθυχαῖος ἀναξία ταύτης τῆς βαθρείας ὦ γέρον. Praeterea βαθυχαῖος intpr. ἡ μεγάλως εὐγενής. Hinc sensus haud sane spernendus funditur: *Indigna ego sum, utpote nobili genere nata, quae tecum isto modo digrediar, aut violenter a te in navem abripiar.* Βαθρεία nempe tum idem ac βάσις esset. Magis tamen placet:

Ἁγίας δ' ἔχω βαθυχαίους
Βαθρείας βαθρείας γέρον.

Sanctas hasce et antiquas has deorum ſedes, o ſenex teneo, unde avelli me non patiar. Sic βαθρείας idem quod ἕδρανα v. 854. Heſychius χαῖος exponit ἀγαθός, adeoque βαθυχαῖος recte interpreteris, *valde probus.*

v. 862 ſqq. Σὺ δὲ ναΐ — παλύμαις] *Tu autem ad navem, ad navem ocyus perges, volens nolens, multa vi perdita. Ite* igitur *ad navem, antequam malis affligamini ad necem usque pugnis verberatae.*

v. 869. εἰ γὰρ δυσπαλάμως ὄλοιο] Hasce diras imprecationes puellae regerunt praeconi, qui pugnis ſuis (παλάμαις) eas perituras eſſe dixerat. *At enim precor, ut tu ſine remedio pereas in maris aequore circa Sarpedonium promontorium oberrans per auras immenſas.*

v. 871. Σαρπηδόνιον] „Sarpedon promontorium in Cilicia. Strabo lib. XIV. καμψάντι ἠϊόνα ποιοῦσαν ἄκραν, ἣ καλεῖται Σαρπηδών." *Stanl.*

v. 876 ſq. Ἴὔζε καὶ βόα πικρότερ' ἀχέων Οἰζύος ὄνομ' ἔχων.] Stanl. vertit: *Ejula et clama acerbiora, aerumnae nomen obtinens;* quibus nihil eſt obſcurius. Levi emendatione ſanandus eſt locus:

Ἴὔζε καὶ βόα πικρότερ' ἀχέων,
Οἰζύος ὄνομ' ἔχοντα.

Acerbiores ejulatus edite, quam quae a doloribus proficiſcantur, ſumma potius miſeria et aerumna dignos, ab eaque nominandos.

v. 879 ſqq. λύμασις — ὕβριν] Hanc quoque ſtrophen miſere corruptam facili medela reſtituemus: *Hei! hei! hei! Contumelia raptus ante littus latrat; appropinquans inſultat terribiliter. A qua magnus Nilus te inaudita injuria in nos ſaevientem avertat!*

v. 884. βᾶριν εἰς ἀντίστροφον] Intelligo navem in *contrariam partem verſam*, nempe reditum jam parantem. Scholiaſtes tamen legit ἀμφίστροφον, interpretatus τὴν

ἐξ

ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν ἐλασσουμένην, ὃ ἐστιν ἀμφιέλισσαν, et hanc quidem lectionem Porſonus in textum recepit.

v. 886. ὁλκὴ γὰρ οὔτοι πλόκαμον οὐδάμ' ἅζεται] *Trahendi enim violentia capilli tui cincinnos minime reverebitur*; ſimili metaphora v. 903. utitur:

Λακὶς χιτῶνος ἔργον οὐ κατοικτιεῖ.

v. 887 ſqq. οἵ οἵ πάτερ] Strophae hujus in editionibus peſſime vitiatae emendationi profuit Euſtathius, qui ad Od. A. p. 33. haec notavit quae ſequuntur: Ἀπὸ δὲ τοῦ ἀρῶ καὶ Ἄρος τὸ ὄφελος παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἱκέτισι· Βρότεος ἄρος ἄτα· ἤτοι τὸ εὖ τῶν βροτῶν καὶ τὸ ὄφελος ἄτη ἐστίν. In hac lectione tamen corrigendum eſt βρότεος, pro quo Scholiaſtes commode ſuppeditat antiquam et genuinam ſcripturam βρέτεος vel βρετέων. Jam pulcherrimus enitescit ſenſus: hei, hei, pater, tuum illud *ſtatuarum* deorum, ſcil. ad quas me accedere juſſiſti, *praeſidium*, vera nunc potius *calamitas*, *me ad mare ducit gradatim tanquam aranea*, *ſpectrum nigrum* et horrendum. Miror editorem Glasg., quum Abreſchius jam locum Euſtathii enotaſſet, monſtrum illud lectionis

βρετίεσσα
ῥοσάται μαλδακάγει

in textu toleraſſe. In μαλδακάγει me veram lectionem deprehendiſſe μ' ἄλαδ' ἄγει nemo ut opinor dubitabit. cf. v. 443 ſqq.

v 895. οὐδ' ἐγήρασαν τροφῇ] Haec ſana eſſe mihi nemo perſuaſerit. Primum enim in antecedentibus οὐ γάρ μ' ἔθρεψαν idem illud ineſt, quod hisce verbis ſignificatur. Deinde ἐγήρασαν active poſitum inſolens eſt. Quid ſi legatur οὐδ' ἔχω χάριν τροφῆς!

v. 896 ſqq. μαιμᾷ — ἐνδακοῦσα] *Furit in propinquo bipes ſerpens ac tanquam vipera me perſequitur, pedem mordens.*

v. 908. ἄελπτ' ἄναξ πάσχομεν] Haec pronuntiantes puellae jam videntur regem adventantem prospexisse.

v. 910. ἕλξειν ἔοιχ' ὑμας] Periphrasi satis nota pro *certum mihi est vos trahere.* Non enim hic minuit ἔοικα propositi certitudinem, sed confirmat. Sic Choëph. v. 922. κτενεῖν ἔοικας, ib. v. 930. ἔοικα θρηνεῖν. Eum. v. 903. θέλξων μ' ἔοικας. *Abresch.*

v. 911. ἐπεὶ οὐκ ἀκούεις ὀξὺ] Sic pro scripturae vestigiis in Ald. et Rob. servatis verissime mihi videbar voculae defectum in textu explere: *quoniam non statim dictis audientem te praebes.* Quod Abreschio placebat: ἐπεί γ' ἀνηκουστεῖτε τῶν ἐμῶν λόγων longius a scripturae antiquae reliquiis recedit.

IN SCENAM VII.

v. 912 — 980.

v. 912 sq. Οὗτος — χθόνα] *Heus tu? quid agis? quae te incessit superbia, ut civium Pelasgorum terram ignominia afficias?*

v. 915. Κάρβανος ὢν, Ἕλλησιν] Porsonus adversativa particula inserta edidit: Κάρβανος ὢν ὅ' Ἕλλησιν. Haud scio tamen an hic loci particula rectius absit.

v. 916. καὶ πόλλ' ἁμαρτὼν οὐδὲν ὤρθωσας φρενί.] *Multaque peccando satis ostendisti mentem tibi haud rectam stare.*

v. 917. τί — δίκης ἄτερ] *Quid vero est, quod in hisce, quae feci, praeter jus deliquerim?*

v. 918. ξένος μὲν εἶναι πρῶτον οὐκ ἐπίστασαι] *Jam primum* hoc deliquisti quod nescis *quomodo hospes se gerere debeat.* Male Abreschius πρῶτον vertit *prorsus, omnino,* quod fieri non potest.

v. 919.

v. 919. πῶς — ἐγώ;] Valkenaerii correctione ἔχω nihil opus esse videtur. *Quomodo equidem* hospes esse nesciam, *quae amiseram inveniendo* et recuperando?

v. 920. ποίοισιν — ἐγχωρίοις] Falso Stanlejus: *Quos alloqueris hospites indigenas?* Vertere debebat: *Quibusnam indigenis hospitum patronis hoc professus?* Non enim negat rex aequum esse, ut ubi quis sua invenerit, ibi recuperet; sed hoc tamen juris gentium esse significat, ut qui in peregrina terra bona quaedam, quae sibi ablata, aut amissa dicat, occupare velit, antequam manus iis injiciat, ad patronum hospitum, (quasi praetorem inter peregrinos) se applicet, eique jus suum exponat.

v. 921. Ἑρμῆ — μαστηρίῳ] Mercurius dicebatur μαστήριος, quatenus res amissas recuperare, et ubi delitescerent inquirere credebatur.

v. 922. Θεοῖσιν εἰπὼν] *Quamquam* ut ais *Diis causam tuam professus es, nihilo secius tamen deos haud revereris.*

v. 925. ἄγοιμ' ὧν — μὴ ξαιρήσεταί] *Abducam istas, nisi si quis eas mihi eripuerit.*

v. 928. οὐ γὰρ — συλήτορας] *Non enim hospitio excipio deorum depraedatores*, qualem tu te geris, hasce supplices ab aris deorum per vim abducere ausurus.

v. 929. ἀβουκόλητον τοῦτ' ἐμοῦ φρονήματι] Male *Stanl. Fastidiosum hoc animo meo est.* Verius reddendum: *Hoc equidem prorsus non curo.*

v. 931 sqq. ἀλλ' ὡς — ἕκαστα] *Sed ut scias qu'i velim, clarius eloquar. Praeconem enim decet omnia perspicue nuntiare*, adeoque postulo ut mihi sine ambagibus respondeas.

v. 933 sq. πῶς φῶ; πρὸς τίνος τ' ἀφαιρεθεὶς ἥκειν γυναικῶν αὐτανέψιον στόλον] *Quomodo, aut a quo, si rediero, dicam ereptum mihi esse puellarum consanguinearum coe-*

tum? Stanleji correctio ἥκει — αὐτανέψιος στόλος nullo modo potest admitti.

v. 936. ἴσωσον αὐτὸς] Ita Porsonus edidit ex Aldinae scriptúrae vestigiis.

v. 941 sq. τῶνδ' ἐφήλωται τορῶς γόμφος διάμπαξ] Metaphoram poëta a legum tabula aerea aut lignea clavis affixa petiisse videtur.

v. 943 sq. ταῦτ' οὐ — κατεσφραγισμένα] Significat rex se mandata haec praeconi non in epistola, sive in tabulis cereis exarata, sive in charta papyracea perscripta tradere.

v. 947. οὔ τοι δικάζει — μαρτύρων ὕπο] Ut in illo Enniano: *Non ex jure manum consertum sed mage ferro rem repetunt.*

v. 950. ἀπολακτισμοὶ βίου] nihil aliud quam *violentas vitae jacturas* denotat, etsi Stanlejus eo respici opinatur, quod morientes terram pedibus calcent, advocato Virgilii lib. 10. de Acrone dicentis:

et calcibus atram
Tundit humum exspirans.

Abreschius ἀπολακτισμοὺς βίου de bonorum jactura et fortunarum ruinis, vastationibusque, a bello profectis, intelligi posse contendit, quod quo minus probem, ἀμφιβολίᾳ vocabuli βίου prohibeor, in quo post πεσήματ' ἀνδρῶν cum ἀπολακτισμὸς composito propriam vitae notionem praeferre satius est.

v. 953 sq. ἀλλ' ἄρσενας — μέθυ] His dictis rex praeconem dimittit, isque nihil moratus abit. Jamque ea quae sequitur oratione rex ad puellas convertitur.

v. 954. οὐ πίνοντας ἐκ κριθῶν μέθυ] „ut Aegyptii solebant, de quibus Herodotus lib. II. οἶνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται, οὐ γάρ σφι εἰσὶν ἐν τῇ χώρῃ ἄμπελοι." *Stanl.*

v. 955.

v. 955. ξὺν φίλοις ὀπάοσιν] Legendum φίλαις; non enim ſervos, ſed *ancillas* puellarum ſignificat. Servorum, quos Danaus ſecum duxerit, nusquam fit mentio. Quin potius ipſi demum a populo ſatellites et pediſſequos decretos eſſe patet e v. 986.

v. 958. δώματα δήμια ſunt aedes publico ſumtu exſtructae, adeoque univerſae civitati propriae; quasque locandi poteſtas penes populum erat.

v. 959. δεδωμάτωμαι — χερὶ] „i. e. οὐ γλισχρῶς, ταπεινῶς, μικροπρεπῶς οἰκῶ, ſed *ſcil. amplas ac ſpatioſas aedes incolo.*" *Abreſch.*

Proprie verba ſignificant: *neque vero ego ipſe parva manu aedificavi*, h. e. multas et amplas aedes exſtruxi, in quibus aedificandis opus erat ἀφθόνοις χορηγίαις καὶ χερσὶ, ut Polybiana locutione utar.

v. 960 ſq. εὔθυμον — ἄλλων] *Jucundum eſt divites, beatasque aedes cum multis aliis inhabitare.* His verbis rex ſuas aedes innuere videtur, in quibus non ſolum regia opulentia ſpectabatur, ſed etiam frequentia erat hominum, e regis comitatu et ſamulitio. Porſonus pro εὐτυχεῖς edidit εὐτύκους *bene aedificatas*, quod tamen an hic praeferendum ſit, haud ſatis conſtat.

v. 962. μονοῤῥύθμους δόμους] *aedes, quae unam tantam familiam capiant*, ubi Danaides ſolae cum patre habitare poſſent. Hic reſpicitur ad illa δώματα δήμια, e quibus facile Danaidibus una poterat ſic aſſignari, ut nullum praeter illas haberet incolam.

v. 964. πλείσταισι λωτίσασθε] Λωτίζειν, et ἐκλωτίζειν ab Heſychio explicatur per ἀπανθεῖν, *florem decerpere;* unde vocabulum ad univerſam *eligendi*, ſ. *optima quaevis eligendi* notionem deflexit. At λωτίσασθαι non eſt ferendum, quia ſpondeum in quartam regionem inveheret. Recte igitur jam Canterus monuit ſcribendum eſſe λωτί-

σασθε. Veruntamen hoc remedio nondum omne incommodum ſuſtulit. Non ſatis enim procedit oratio:

Τούτων τὰ λῷστα καὶ τὰ θυμηδέστατα
Πάρεστι, λωτίσασθε.

Commodius paulo ante ponebatur πάρεστι. Hic autem minus apte repetitur. Itaque πλείσταισι expoſui, *optima et quae plurimis maxime placuerint eligite.*

v. 966. τί τῶνδε κυριωτέρους μένεις] *quid* aut *cur patronos* (προστατας) *majore quam ego et populus auctoritate praeditos, et plus pollentes exſpectares?* i. e. certe non poſtulabis, haud expectabis. Joculariter hic erravit Francogallus interpres, ultima verba ad praeconem adhuc morantem directa eſſe ſomnians: (Au herault) *Et toi, qui te retient encore? attends-tu des ordres ſuperieurs aux miens?* (le héros ſe rétire). Enimvero praeco jam verſiculo 954. pronuntiato diſceſſerat.

v. 973. τόπος εὔφρων intelligo de habitatione, *a qua procul abſit invidia;* non ut Abreſchius latius accepit εὐφραντικὸς, ἡδύς. Id enim ſequentia facile produnt. Si enim puellae ſtatim ſe in regiis aedibus habitare velle oſtendiſſent, verendum fuiſſet, ne illis faſtus quidam, et magnifice habitandi cupiditas exprobraretur.

v. 975. εὔτυκτος] Porſonus recte recepit εὔτυκος *paratus, promtus.* Id verum eſſe jam Spanhemius obſervaverat ad Callim. in Pall. v. 3.

v. 976 ſqq. σὺν — τάσσεσθε] Incommode Stanlejus: *Cumque decore et placido ſermone in populorum loco (urbe) ordinemini.* Vera eſt ſententia: *Imo vero vos cum bona fama, et ſine ſiniſtro populari rumore habitacula occupate.* Nempe rex puellis evellere ſuſpicionem cupit, quam v. 973. animos pupugiſſe declaraverant.

v. 978. φίλαι ὁμωΐδες] Cum verba praecedentia dubio procul ad Danaides pertineant, quae autem ſequuntur

tur οὕτως — φερνήν haud aliter quam de earum ancillis intelligi possint, necessario legendum est:

τάσσεσθε φίλαι, καὶ δμωίδες οὕτως, (scil. τάσσεσθε).

Idem Abreschius efficere tentabat corrigendo φίλαι, δμωῖδες δ' οὕτως, sed invito metro.

v. 979 sq. ὡς — φερνήν] *Vos ancillae singulae locum vestrum ita tenete, prout Danaus vos tanquam servilem dotem singulis filiabus assignavit.*

IN SCENAM IX.

v. 981 — 1079.

v. 984 sq. καί μου τὰ μὲν — αὐτανεψίους] *Et me quidem de his quae circa pervicaces amicos nostros consanguineos acta essent*, i. e. eorum conatus vos abducendi *narrantem magna cum indignatione audiverunt.*

v. 986. ἐμοῦ] Concinnius fuerit ἐμοί.

v. 987 sqq. ὡς — γέρας, καὶ — πέλοι] *ut partim hoc satellitium tanquam honoris insigne haberem (eine Ehrenwache) partim vero ne forte inscio populo praeter spem infesto telo trucider, ex eaque caede huic terrae molestum piaculum, haud exstinguendum enascatur.*

v. 990 sq. τοιῶνδε — ἐμοῦ] *Cum igitur talia tam cara et honorifica a rege et populo adeptus sim, vos jam o filiae tutum animi vestri et morum decus conservate, quod mihi multo* (quam ista τίμια) *carius et honorificentius est.* τιμιωτέραν comparatur cum illo, quod v. 987. dixerat τίμιον γέρας.

v. 995. εὔτυκον] Ita recte Porsonus edidit e Spanhemii emendatione Hymn. in Pall. v. 7.; *quisquis in inquilinum linguam promptam fert malam.*

v. 998. ὥραν — βροτοῖς] *cum in hac pubertatis et venustatis flore versemini, quae hominum oculos alliciat.*

v. 999.

v. 999. τέρειν' ὀπώρα] Sic Porſonus enallage generis vitata edidit pro τέρην ὀπώρα. *Fructus maturitati proximos et molles cuſtodire haud facile eſt.* „Hunc Aeſchyli locum in mente habuit incertus auctor Poematii, quod inſcribitur, *Aerumnae Cereris*

— intactae dura eſt cuſtodia pubis
Nec patitur formoſa moras.

Pindarus Iſthm. 2. pulchritudinem vocat Ἀφροδίτας μνάστειραν ὀπώραν, *ilicem, Veneris pellaciam.*" *Stanl.*

v. 1000. Θῆρες δὲ κηραίνουσι καὶ βροτοί τι μιν] Θῆρες h. l. parum commode nominantur, cum deinde ex vulgata lectione eodem comminate κνώδαλα memorentur πτεροῦντα καὶ πεδοστιβῆ. Huic difficultati optime forſan ſubveniatur legendo:

Θῆρες δὲ κηραίνουσι καὶ βροτοί τι μιν.
Καὶ κνωδαλῷ πτεροῦντι καὶ πεδοστιβεῖ
Καρπώματα στάζοντα κηρύσσει Κύπρις.

His nimirum maturis fructibus beſtiae et homines pariter inſidiantur. Et plurimis ſive volantibus ſive pedeſtribus animalibus fructus prae maturitate tantum non deciduos ipſorum dulcedo et venuſtas quaſi proprio quodam praeconio commendat.

v. 1002. Καρπώματα στάζοντα *fructus decidui*, i. e. *ita maturi ut ſuapte ſponte cadant.* In Ex. Aurati tamen eſt καρπώματ' ἀκμάζοντα.

v. 1003. Καλῶρα κωλύουσαν ὡς μένειν ἐρῶ] Es his verbis nemo, quod ſciam, commodum ſenſum elicuit. Sine dubio corrigendum:

Χαλῶρα κωλύουσ' πῶς μένειν ἐρῶ,

et rapinas quocunque modo prohibentibus manere aut in arboribus *perdurare affirmo*, ſcil. illos fructus. Niſi forte melius fuerit χαλῶρα κωλύουσι πῶς μένει θέρος *et rapinas prohibentibus manet meſſis.*

v. 1004.

v. 1004 sqq. καὶ παρθένων — νικώμενος] Ut igitur fructus maturi ob dulcedinem et venustatem ab omnibus appetuntur, *sic formosarum virginum veneribus quivis praeteriens amoris telum ex oculis immittit desiderio et cupiditate victus.*

v. 1008. οὔνεκ' ἐπερᾶθη] Ita correxi vulgatam οὖν ἐκληρώθη, quae mihi quidem sensu carere videtur. *Quare haud committendum est ut nobis* (i. e. vobis filiae) *aliquid accidat, cujus* vitandi *causa multum laborem, magnumque mare nave superavimus.*

v. 1012. λατρῶν ἄτερθεν] Ridicule Stanlejus *sine famulis.* Imo vero vertendum *sine mercede.*

v. 1015. 1016. τἄλλ' εὐτυχοῖμεν — πάτερ] Cetera modo deorum beneficio feliciter nobis eveniant, quod autem ad virginitatis nostrae decus tuendum attinet, bono animo esto pater. H. l. ὀπώρας aptissime allegorico sensu de virginum maturitate dicitur.

v. 1020. μακρᾶς] Utique cum Stanl. legendum μάκαρας.

v. 1021 sqq. θεοὺς — μέλος] *Ite igitur urbis praesides beatos deos tam ipsam urbem incolentes, quam eos, a quibus vetustum Erasini flumen accolitur,* carmine *celebrantes vosque comites cantum nostrum excipite.* Lectionem περιναίεται Aldina editio confirmat. Vulg. μένος nemo commode explicavit.

v. 1035. θεσμὸς] Non dubito scribendum esse

Κύπριδος
Οὐκ ἀμελεῖ δ' ἐσμὸς οὐδ' εὔφρων.

v. 1040 sqq. μετάκοινοι — Ἀφροδίτας] Sociae Veneris dicuntur *Suada* et *Harmonia.* Minime vero huc quoque ex antecedentibus cum Abreschio trahendae sunt Juno et Diana. Sic vero scribendum et interpungendum:

Μετάκοινοι δ' αἱ φίλαι ματρὶ πάρεισι,
Πάθος τ' οὐδὲν ἄπαρνον τελέθει

Θεά-

Θεάκτορι Πιθοῖ, δέδοταί τ' Ἀρ-
μονία μοῖρ' Ἀφροδίτας.

Quae vero matri (Veneri) carae comites adsunt, earum alteri *Suadae deos domanti nihil est quod recusari possit*, alteri vero *Harmoniae Veneris fors tributa est*, h. e. Amorem Suada pellicit, Harmonia perficit.

v. 1045. Ψευδυρᾶς] Ita edidit Porsonus.

v. 1046. Φυγάδας ἐπιπνοίας pro Φυγάδων ἐπιπνοίας intelligo, de instigationibus, quae a praecone Aegyptiadum ejusque comitatus expectandae erant, qui quum infecta causa redire coacti essent, Aegypti filios ad bellum excitaturi erant.

v. 1066. τίνα καιρὸν, *quam moderationem mihi praecipis.* Nempe καιρὸς h. l. idem est ac praecedens μέτριον.

v. 1072. Post κατασχέθων commate, et post κτίσας colo interpungendum.

v. 1073. εὐμενεῖ βίᾳ κτίσας non est *is placide haec componens*, ut Stanl. vertit, sed qui *benevola vi* (Ionem contrectando) *genus nostrum condidit.*

v. 1075. 1076. τὸ βέλτερον κακοῦ καὶ τὸ δίμοιρον αἰνῶ] *id quod ex duobus malis melius est et partim bonum partim malum, praefero.* Malunt nimirum exsules esse, quam Aegypti filiis nubere.

COR-

CORRIGENDA.

p. 31. v. 401. et in V. L. leg. ἀπέσταξε pro ἀπέσταξε δ'.
p. 49. v. 671. poſt πόδας ponatur comma.
— v. 679. pro εἴτ' leg. εἶτ.
p. 59. v. 822. poſt Φάτον ponatur comma.
p. 89. v. 170. l. Φυγὼν.
— v. 178. l. ἄφρον.
p. 93. in V. L. ad v. 221. lin. 3. leg. vulg. πόνου πλέον.
p. 94. v. 247. leg. κατεπτακὼς.
p. 97. v. 293. poſt θεός, claudatur parentheſis.
p. 98. v. 308. pro Θ' leg. δ'.
p. 124. v. 692. poſt ἔχει ponatur comma, et v. ſq. poſt τόποις punctum.
p. 135. in V. L. ad v. 878. l. 3. leg. vulg. εὐμοίρου.
p. 144. v. 1031. leg. μοῖρά τε.
p. 148. v. 19. leg. εὐχόμενοι.
p. 151. v. 59. leg. ἀκούειν.
p. 202. in V. L. ad v. 814. pro μάχημα leg. μάχιμα.
p. 206. v. 869. pro καὶ γὰρ leg. εἰ γὰρ.

Genehmigt:
Amt für Volks-
Halberstadt

PA
3825
A2
1809
v.3

Aeschylus
Tragoediae

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY